

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1925

De S. Martyriano Seu Mari De Beth-Sahde Martyre Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

gavissus est Deumque laudavit, qui illum coro- D
naverat. Ipse vero post duos dies plagis et vin-
culturum pondere confectus est. Renuntiatum est
autem regi Saporem in carcere mortuum esse :
qui caput illius praecidi sibique afferri iussit.
Praecisum igitur (Saporis) caput illi attulerunt :
hunc quippe mortuum esse non credebat (I).

5. Postquam autem lapidatus est Isaac et Sapor in carcere interiit, rex sibi adduci iussit Maanam, Abraham et Symeonem : quibus dixit : « Numquid solem adoratis, ignemque veneramini ? » Respondentes dixerunt ei : « Deus averuncet. Nos Iesum adoramus eumque confitemur. » Tunc rex varia necis genera illis decrevit. Maanam a capite usque ad lumborum cingulum cutem detrahi iussit ; qui cute detracta interiit. Abrahamo clavos ferreos igne calefactos in ambos oculos iussit infigi ; qui duobus exactis diebus mortuus est. Ad Symeonem vero quod attinet, iussit (rex) effodi scrobem in qua usque ad pectus terra obrutus est ; praecipitum sagittariis ut iaculis eum confoderent. Et mortuus est (2). Accedentes autem fratres christiani cadavera illorum surrepta clam sepelierunt (3).

*Maanae,
Abraham
et Symeo-
nis*

*varia
supplicia:*

E

in Comm. praev. num. 42, supra, p. 424. —
(3) Add. B: *Absoluta est Passio Saporis et Isaac episcoporum atque Maanae, Abraham et Symeonis.*

DE S. MARTYR JIANO SEU MARI DE BETH-SAHIDE

TEMPORE
INCERTO

MARTYRE

四

Vitae
apogra-
phum prius

1. Vita S. Mari de Beth-Sahde duobus exemplis ad nos pervenit. Primum exhibet codex bibliothecae Bodleianae syriacus 163, sive Marshalianus 13 (1). Qui liber est membraneus, minoris moduli, folia nunc complectens 256 monocola, litteris strongylis, an. D. 1177 perscriptus ab Aarone quodam monacho Turabdinensi (2). Tertius alia documenta hagiographica, jubilis plerumque referita, complectit fol. 126v-

(1) R. PAYNE SMITH, *Catalogi codicum manuscriptorum bibliothecae Bodleianae*, Pars sexta codices syriacos complectens (Oxonii, 1864), p. 541-44. — (2) Qui scriptionem suam primum

197^e: Historiam sancti Māri de Beth-Sāhde,
quam in lemmate sive scriptor sive librarius com-
positam asserit a S. Iohanne Chrysostomo. Et
quo hellenica origo libelli pateret evidentius,
no-
men S. Iohannis, posthabita forma veriore et in-
digena, graecanico rītu scriptum est. Iovanis,
Textus duobus in locis mutūs est: inter fol.
179 et 180; dein rursus post fol. 197 ubi, conclusa
iam narratione, haec apographi peroratio abrumpi-

destinavit Gabrieli presbytero, filio fratri Io-
hannis episcopi, cuius supra inter praetermissos
meminimus. p. 314.

- 714 -

A tur. Codex Bodleianus, quem in omnibus fere sequimur, significatus est littera B. Ad eum pertinere censendae sunt lectiones vitiae et glossata omnia quibus nullum indicium adiectum est. Apographum, si apices (1) omittas qui non satis certa lege aspersi fuerunt, diligenter manu neque inscrita descriptum est. Aliquot tamen in locis oratio videtur nonnihil contracta fuisse. Narrationi prolixit longula quaedam praefatio (§ 1-2), in qua fideles interpellantur qui sollemnem sancti commemorationem praesentes celebrant. Sed inde deinceps hagiographus audiendum oblitiscitur et vix semel (§ 39) meminit se laudationem panegyricam exorsum esse.

et alterum.

B Bodleiano exemplum non tam aetate quam stili accuratione longe inferior est codex P bibliothecae Nationalis Parisiensis syriacus 235, chartaceus, foliis constans quartariis 341, paginis bipartitis exaratus, scriptura Iacobitica saeculi XIII (2). Complectitur is Vitas Passionesque sanctorum, quarum duodecima, a fol. 73° ad 80°, est Historia sancti Marii de Beth-Sähde. Hoc apographum, si cum Oxoniensi conferatur, scalpro simul et calamo videtur contractum fuisse. Nomen Iohannis Chrysostomi in lemma non legitur. Abest etiam prooemium quo B legentes frustra moratur. Ipsa narratio primum uno tenore in utroque exemplo procedit. At mox, quasi laboris pertaesus, librarius hinc posterior latius latiusque orationem amputare coepit. Historiunculus aliquot omnino praetermisit. Aliae in lacuna perierunt quae patet post folium 75, in quo trans marginem inferiorem manus recentior, arabica lingua litteris tamen syriacis, ascrispit: deest folium. Jamvero ubicunque narratio integre servata est, res easdem exhibet atque codex Bodleianus, quamquam ordo verborum ipsaque verba tam licenter mutata sunt ut longe facilius et commodius foret integrum libellum seorsim edere, quam inde varias lectiones ad singulas prope voces annotare. Tantum laborem is suscipiat qui perfecto apographo Bodleiano nauise non vicius sit! Ad officium nostrum satis erit e codice Parisiensi locos afferre ex quibus Oxoniensis compleri aut emendari possit. Cetera autem de quibus non prorsus inutile est exemplum deterius interrogare, ad interpretationem latinam adiunxitur.

Narratio
nis summa
et argu-
mentum;

C 3. Historia S. Mari de Beth-Sähde tota quanta mendacium est, cuius impudentiam sola fatuas excusat. Hagiographus personam inducere voluit in qua celeberrima quaque sanctitatis genera coniuncta essent. Eundem igitur hominem esse iussit stylitam, anachoretam, coenobiam, inclusum, peregrinato rem, martyrem; et undique palmas surripuit quibus eum ornaret (3). Ex his iuris eius modi texuit historiam. Mari de Beth-Sähde incerto tempore et loco natus est et christianis parentibus (§ 4). Quinquennis gregibus pascentis se dedidit, donec duodecim annos natus clam a suis in aliam regionem aufugit (5 §), et in monasterio

ignotus consedit apud stylitam, cuius discipulus factus est (§ 6). Exinde cum aliis laboribus tum maxime ieuniis se exercere coepit, qualia de S. Symone stylitarum principe narrantur (§ 7). Septem post annos, mortuo eius magistro, iuvenis — qui ab obliuioso hagiographo languam puer tenellus exhibetur — enixa precibus pervicit ut in columnam sinatur ascendere (§ 8). In hac annos transit triginta novem, cruciatus sibi inferens, miracula patrana, daemonum praestigias depellens, e quibus omnibus perpaucia quae in alterutrius Symonis Vita non leguntur, ad alios sanctos restituenda erunt (§ 9-29). Romanum, discipulum suum, mandram sibi iubet aedificare (§ 17), ad quam undique supplicum et infirmorum frequentia concurrevit. Tandem solitudinis desiderio captus, e columna descendit, et cum discipulis in longinquam regionem migrat (§ 30). In arida vastitate fontem elicit, apud quem asceterium condit (§ 31-32). Ipse in humili saxe per menses 27 immotus consistit (§ 33): quo labore Symeon ó πάντα se domuerat antequam columnam primum E ascendit. Rursus prodigiorum fama importunam sibi celebritatem comparat (§ 34-40). Suborta persecutio, a rege qui idoneum sane tyranno nomen habebat Domitianum, ad necem frustra conquiritur (§ 41). Cum discipulis Hierosolyma precatum adit (§ 42-46). Ab itinerum periculis se suosque prodigiis virtute defendit, aliaque insignia edit facinora. Dum inde revertitur, divino admonitu, ad inaccessum quoddam specu devertit, ubi anachoretam reperit, qui ab annis 78 hominem non videral et eius adventu, quasi e vita liberatus, coram S. Martyriano, in oratione, animam efflat, atque ab eo componitur, ut Paulus Thebaeus ab Antonio magno, a Paphnutio Onuphrius, a Sarapione Marcus Atheniensis, ne alii exempla minus nota hic colligamus (§ 47-49). Deinde in Aegyptum digressus, per annos septem in Scensi solitudine praecellissimorum solitiorum facinora aemulatur (§ 50). Tum in Syriam redux ad ripam Euphratis coenobium instituit, in quo suprema miracula patrat, quae pariter ac prima e Vita Symonis magni de prompta sunt (§ 52-56). Tandem a Domitione comprehendi denuo iussus, ad eius tribunal rapitur (§ 57). Sancti iudicium, supplicia, mors, et tyranni portentosus interitus iis coloribus depicta sunt, quibus nihil fucatius in emblematis martirum Passionibus legitur (§ 58-66).

D Nequicquam in orbe terrarum locus, aut in serie temporum actas inquiratur, in quibus ineptissima haec historia acta sit. Neque, deletis omnibus vestigis, iam indagari potest utrum haec fabula conficta fuerit ad celebrandum obscurum quendam sanctum, cuius memoria cultusque alicubi vigerent, an iste etiam de nihilo creatus sit. Martirologia et calendaria quae Marin de Beth-Sähde memorant Passionem, de qua nunc queritur, posteriora sunt et ex ea videntur illius mentionem derivasse (4). In antiquis fontibus hagiographicis

AUCTORE
P. P.

eius fides
nulla.

(1) Eos praesertim qui rukkāchā et quāzāia vocantur. Hos plerumque in editione negligimus. — (2) H. ZOTENBERG, Catalogue des manuscrits syriaques et sabbéens (mandatiles) de la bibliothèque Nationale (Paris, 1874), p. 185-187. Ex apographo Parisiensi summam vitae sancti Mari de Beth-Sähde gallice exposuit F. NAU, Résumé de monographies syriaques, in Novembre Tomus IV.

Revue de l'Orient chrétien, sér. 2, t. V (1910), p. 191-92. — (3) Prae ceteris expilata fuit Vita S. Symonis stylitae. BHO, 1121, 1124. Cf. H. LIETZMANN, Das Leben des heiligen Symeon Stylites, in Texte und Untersuchungen, t. XXXII, 4 (1908); H. DELEHAYE, Les Saints Stylites (Bruxelles, 1923), p. I-XXXIV. Libelli capita numeravimus ut Lietzmann. — (4) Vide infra, num. 7.

AUCTORE
P. P.
Sancti
nomen

nomen eius inusitatum est. De huius quidem nominis origine, haec in Vita significantur. Sanctus primus σάρκα, Σάρκα, i. e. «martyr» vocabatus fuit (§ 6). Deinde, ex vaticinio magistri sui, appellari coepus est σάρκα τίτλος, de Beth-Sāhde, propter certaminum varietatem, qua se compluribus simul martyribus adaequavit (§§ 4, 6). Verbum et verbo σάρκα τίτλος intellegendum est: «de domo», sive «de ecclesia martyrum», quasi graece ex μαρτυρίῳ dixeris: Μαρτυρός. Quod vocabulum, qua ratione nobilius sit quam Σάρκα, «martyr», Μαρτύρος, ex veriloquio sane non perspicitur. Itaque cum nominis interpretatione et Syrorum usu duci non possit, et ipsa historia, vero an falso, graece se conscriptam velit, haud imprudenter conieceris vocabulum excoxitatum fuisse ab hagiographo qui denominativum Μαρτυρός, ut forma, ita etiam notione plenius quid sonare visum sit quam Μαρτύρος. Sed Μαρτυρός ille quis umquam fuit? Nullus profecto quem alium noverimus. Ne quod tamen vel tenue indicium neglegatur, notandum est in synaxario graeco bibliothecae Nationalis Parisiensis 1690, quod anno 1063 prope Hierosolymis descriptum fuit (1), ad diem 9 novembris annuntiari erraticum quendam Μαρτύρον (2), ui fortasse pro nostro Martyriano haber possit. Sed tam obscurae mentioni, etiam si nostra Passione fluxisse non dicenda sit, quid commune cum historia?

B Locorum notatio incerta.

5. Per pauca locorum nomina quae in Vita S. Martyriani leguntur ad eius fontes explorandos vix aliquid conferunt. Sanctus primus aetatis parvus dicitur in coenobio σάρκα, i. e. «Animarum». Ante saeculum XI huius nominis monasteria non minus tria in syriacis documentis nota sunt. Primum in monte Edessae (3), quod etiam Sancti Iacobi titulo erat insigne (4). Alterum, quod pleniori vocabulo dicebatur: Coenobium beati domini Sergii animarum (5), situm erat in regione Qennešre, ad occidentem Euphratis (6). Tertium tandem videtur in urbe Beroea (Halab) situm fuisse (7). Ex his tribus nullum satis liquido significatur in pallida osculantique hagiographi narratione. Attamen cum nulla umquam Edessae C mentio fiat, parum probabile est tam prope cele-

brem Osrhoenae metropolim actam esse fabulam D in quam nemo Edessenus inducatur. Neque in urbanum coenobium, quale videtur fuisse Beroense illud monasterium «Animarum», satis apte quadrat rerum narratarum consequentia. Itaque, nisi hoc etiam nomen temere et inaniter iactatum est, restat ut designatum credamus coenobium Sancti Sergii prope Qennešre. In huius vicinia situm erat monasterium quoddam domini abbatis Romanā (8), cuius nomen quoquo modo conexum esse potest cum «sancto» Romano (§ 17), Martyriano discipulo. Utcumque se res habet, noster primus aetatis parvus egisse refertur aut fingitur, circa Euphratrem, in loco unde eius fama per universam Syriam se diffuderit (§ 18), et qui Carris in Mesopotamia longe distare censebatur (§ 19). Ipsius autem sancti itinera tam confuse narrata sunt, ut divinari prorsus non possit undenan progressus fuerit et qua via.

6. Martyrianus, pererrata Syria, Palaestina, Coenobium Aegypto, tandem concedisse dicitur ad ripam Euphratis (§ 52), incerto loco, sed qui ab Armenia non procul dissitus videtur fuisse (ibid.). Illic igitur querendum monasterium, quod eius cultus propria sedes fuit. Iam vero fuit in regione Melitiae coenobium quoddam, dictum Beth-Sāhde, i. e. Μαρτύρος (9), de quo haec apud Michaelem Syrum, lib. XV, cap. I, leguntur (10): Anno MCCCLXXVII(11) homines de gente Armeniorum qui dicebantur filii Bazrig (12), latrones se prodiderunt, et perduelles facti sunt adversus reges, occasione usi adventus Turcorum. Quibus cum accessissent homines tercenti, nefari omnes, lupi raptores et sanguinem fundere soliti, qui nomine tenus dicebantur christiani, et multis locis praedam egerunt. Tandem Melitiae regionem petentes, cum in montibus insidiis struxissent, fines Claudiæ (13) et Gubbi (14) populi sunt, coenobium Mādiq (15), et domini Asiae (16), et Beth-Sāhde, et Marci, et Album Sergii monasterium expilarunt; sacra mysteria et chrisma divinum humi proiecerunt; ossa sanctorum martyrum Sergii et Bacchi et alias sanctorum reliquias, quae in coenobiis et ecclesiis repertae sunt, bacillis comminutas humi proiecerunt, cap- F

(1) *Synax. Eccl. CP.*, p. xxii. — (2) Ibid., p. 205. — (3) JOHANNES EPHESINUS, *De beatis orientalibus*, ed. I. P. N. LAND, *Anecdota syriaca*, t. II (Lugduni Batavorum, 1868), p. 297. MICHAEL SYRUS, ad an. 818, in indice episcoporum ex eius historia collecto, ed. I. B. CHABOT, *Chronique de Michel le Syrien*, t. III, 3 (Paris, 1910), p. 459. — (4) Codex Musei Britannici Rich. 7160, ROSEN et FORSHALL, *Catalogus codicium manuscriptorum orientalium qui in Museo Britannico asseruntur*, pars prima codices syriacos et carshunicos complectens (Londini, 1838), p. 24. — (5) Codices Musei Britannici Add. 14 602 (sae. VI/VII), W. WRIGHT, *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, p. 704; Add. 14 729 (sae. XII/XIII), WRIGHT, p. 873; codex Vaticanus syrus 109 (sae. VII), ASSEMANI, *Bibliotheca Apostolica Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, t. III, p. 75; cet. — (6) Codex Musei Britannici Add. 14 663 (sae. VI/VII), WRIGHT, l. c., p. 691-92. — (7) MICHAEL SYRUS, l. c., ad. an. 818, CHABOT, t. c., p. 454 (nº 55); ad. an. 836, ibid., p. 464, (nº 23). — (8) Codex Musei Britannici Add. 14 602, WRIGHT, l. c., p. 704; cf. supra, annot. 5. — (9) Cf. supra, num. 4. — (10) CHABOT,

op. c., text. syr., p. 573-74. — (11) Christi 1066-1067. — (12) دارك item in versione arabica. Vide CHABOT, ad locum, op. c., t. III, 2, p. 162, annot. 1. BARHEBRAEUS in *Chronico*: دارك, filii Chazrig; P. BEDJAN, *Gregorii Barhebraei Chronicon syriacum* (Paris, 1890), p. 243. Forma nominis incerta, sed sine dubio intellegendi sunt posteri aliquies e dynastis armeniis, quibus saec. XI/XI imperatores Graeci Tauri montis praesidia commiserunt. Vide J. LAURENT, *Byzance et les Turcs Seljoucides*, in *Annales de l'Est* (1914), fasc. 2, pp. 38, 43. — (13) Claudio Germanicus, quae nunc dicitur Maraš. — (14) Id est monasterium *Sergiosteh*, cuius historiam e Lazari monachi Chronico refert Michael Syrus, l. XIII, c. 3. CHABOT, op. c., t. III, 2, p. 124-25. — (15) Mādiq, notum coenobium in territorio Claudiæ. — (16) S. Asia medicus Antiochenensis, e cuius Vitæ specimina editid F. NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. X (1915-1917), p. 17-20. S. Asia prope Claudiæ diu habitasse fertur; Ibid., p. 20; cf. *Anal. Boll.*, t. XXXVIII, p. 408.

A sas (1) autem abstulerunt. Qui cum reprehendenter, ignorantiam suam excusabant: erant enim mendaces et mente pagani. *Ilaque sacculo XI*, coenobium dictum Beth-Sahde exstabat in finibus Melitinae, ubi nostrum Marin de Beth-Sahde ultimo consedisse legimus. Certius pro facto indicium exspectandum non est ut prudenter coniciatur S. Martyrianum huius coenobii patrorum fuisse. In hoc igitur eius Vita conscripta fuit, ne dicamus ipsum eius nomen et personam e monasterii vocabulo esse conficta. Neque sane domestica exempla deerant hagiographo syro illius regionis, in qua excoxitata sunt historiae Barsaumae (2), Aaronis Sarugensis (3), Abraham ab Alto Monte (4), Symeonis e Kaphar 'Abdin (5), aliae (6). In his omnibus fabulis, ut in Vita Martyriani, alibi aliter se prodit eadem cupiditas prope puerilis qua monasteria horum finium certafim

*sibi captare voluerunt gloriam S. Symeonis Sty- AUCTOR
litae (7).* P. P.

7. Marin de Beth-Sahde annuntial Sliba (8) ad diem 1 mensis Iesrin prioris (octobris) et iterum ad diem 10 Iesrin posterioris (novembribus), quem ex Passione constat habitum fuisse ut diem illius emportalem et in quo eius sollemnitas agebatur (§§ 2, 66). Attamen diem 1 octobris solum indicant alia calendaria Iacobitica (9). De mentione S. Martyrii, quae in exemplum quoddam synaxarii graeci ad diem 9 novemboris, forsitan e Sigorum libris irreperili, superius obiter meminimus (10). Praeter vestigia rara illa quidem et obscura, nulla S. Martyriani memoria servata est, qui non videtur extra suum monasterium ullo usquam cultu celebratum esse, illoque everso, *alla penne imperita oblinio demersus fuit*

AUCTORE
P. P.
Cultus
christianus

(1) γλωσσούμον. — (2) *Carpitim edita a F. NAU*, Résumé de monographies syriaques, in *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. VIII (1913), pp. 272-76, 379-89; t. IX (1914), pp. 113-34, 278-89. — (3) Auct. *Paulo eius discipulo*, ed. F. NAU, *Patrologia orientalis*, t. V (1909), p. 703-749. — (4) *Vita epiteme*, ed. NAU, ibid., p. 768-73; alia *Vita plenior carpitum ab eodem edita*, op. c., *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p. 414-19. — (5) *Carpitim edita a NAU*, *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p. 420-31; cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 407. — (6) In his fortasse computanda *Vita S. Asiae medieci*, cuius modo meminimus, p. 434, annot. 16. — (7) Vide, exempli gratia, *Vitam Aaronis Sarugensis*, §§ 33, NAU,

Patrologia orientalis, t. c., p.732. In codice Musei Britannici Add. 12 174, qui an. D. 1197 exarata est, idem ex quo nobis nota est Vita Barṣaūmae, S. Symeon stylita appellatur Barṣaūmae patruelis et collega sive conservus ٦٥ ٦٩٩ ٦٣
وَالْمَكَانُ. W. WRIGHT, Catalogue, p. 1124; cf. NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, t. IX, p. 289. Vide etiam *Vitam Barṣaūmae*, Miraculum XXV, ibid., t. VIII, p. 382. — (8) Anal. Boll., t. XXVII, pp. 139, 141, 163, 167. — (9) F. NAU, *Un martyrologue et douze ménologes syriaques*, in *Patrologia orientalis*, t. X, 1 [1912], pp. 63, 93, 102, 107, 113. — (10) Num. 4, p. 434.

VITA S. MARTYRIANI

E codice bibliothecae Bodleianae Marsh. 13 (= B), collato codice bibliothecae Nationalis Parisiensis syr. 235 (= P). Cf. Comm. praev. num. 1-2.

C : **ପାଞ୍ଚମ ମୁହଁ, ଗତି, ଏକିବେଳେ**
ପାଞ୍ଚମ ମୁହଁ, ଗତି, ଏକିବେଳେ

Historia domini Martyriani a domino Io-
hanne Chrysostomo doctore (1) composi- F
ta (2).

1. Carissimi (3), quoniam plerosque, illos quidem qui filii Dei sunt, in admirationem concire solent, historiae divinarum sententiarum referatae ; (idcirco) nobis historiae praedicantur martyrum Christi, ut nos fideles viam cognoscamus artam et angustam, unde vita illa est quae ad regnum ducit et evehit ; atque discamus quomodo martyres Victoria amicti in certaminibus suis fortiter steterint, et victorianam triumphumque rettulerint ; quomodo insectatores suos in agone vicerint et Victoriae coronas acceperint. Quippe plurima illis fuerunt martyrii genera. Sunt enim ex iis qui igne cremati sint, et patienter id pertulerint neque (fidem) eiurarint. Sunt etiam

*Martyrum
varietas
infinita.*

(1) et doctore B. — (2) Item historia sancti domni de Beth-Sahde (Martyriani). Oratio eius

nobiscum sit. Amen. P. — (3) Totum prooemium
(\\$ 1-2) om. P.

VITA

1. — ¹ CORR. ex 000.

qui lapidati fuerint; sunt qui gladio perierint; D sunt qui cauteris adusti, patienter tulerint; sunt etiam qui serris dissecti, sunt qui in foveas cum feris proiecti, sunt qui aquis praefocati fuerint. Sunt rursus qui morbis affecti sint, et sunt qui tormenta sibi ipsi intulerint. Sunt qui tamquam agni propter amorem Christi occisi sint. Sunt qui in iejunio insignes se praestiterint; sunt qui precibus armati fuerint; sunt qui vigilias suas insomnes egerint; sunt et qui per noctes non dormierint. Sunt qui in montibus erraverint; sunt qui in speluncis sedes suas posuerint. Sunt quibus mortuis nemo oculos clauerit, sunt quibus defunctis nemo adfuit qui funus eorum curaret. Sunt qui in nive obruti, sunt qui caloris aestu adusti sint; sunt qui frigore perierint; sunt qui gelu riguerint. Est cuius vitam fames consumpserit; est et cui corpus siti exaruerit. Est cui pro tumulo spelunca fuerit; est et qui precando mortuus sit. Sunt qui victu suo tabuerint; sunt qui cibum esurient. Est quem sitis torqueret; est qui aquam bibere appetiverit. Est qui parentes suos deseruerit; est qui a genere domoqua sua desciverit. Est qui matrem fratresque odio habuerit et Creatoris sui praeceptum exsecutus sit. Est qui praecepta servaverit. Est qui crucem suscepserit. Est qui e terra habitabili profugus inter montes vagatus sit; est qui in caverna delituerit et in antro vitam finierit.

2. O quam multi sunt illorum ordines et quam illustres eorum historiae! Quam duri agones eorum et (quam) incluta eorum praemia! Quapropter mihi in animo est coram vobis pauca e multis exponere de historia, quae audientes stupore compleat, cum orthodoxa fide auscultantes ad Christum admoveat, et cum Dei numine meditantes sapientiores faciat. Vobis discenda atque audienda sunt divini huius viri facinora; ubi et quomodo labori ascetico se dederit, atque se ipsum obtulerit Deo hostiam gratam. Evidem ad vos verba faciam; vos autem auscultate et audite, o filii carissimi ecclesiae sanctae Dei, quibus curae est honor martyrum qui corpora sua omni generi malorum cruciatuum propter Christi amorem tradiderunt. Vos igitur rogo, magistri, patres fratresque mei, unius horae audientiam, ut vobis proferam agonen et facinora divini huius viri, ad quem honordum hodie undique convenistis, cum gaudio

E

S. Martyniani laudes.

لحد

A : ስለዚህንም ተከራካሪ የሚከተሉት ማስረጃዎችን አድርጓል፡፡

କାହିଁ ପର : କୁଟିମ ନେବା ? ମୁଣ୍ଡ କି ତାହା
ମୁଣ୍ଡ ଏବଂ ଆବଳି ? କି ରାଜିତା ? ଗୋଟିମ
କୁଟିମ ? ମୁଣ୍ଡ ଲା ତାହାରେ ? କୁଟିମ ଜୁବା ?
ଏ ଘରରୁ ଠାର ଏବଂ ଏବଂ ନେବା ? କିମ୍ବା ?
ଠାର ଏବଂ ଠାର : କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ?
ଏବଂ ଶିଳ୍ପିକ ଏବଂ ? ପର : ଗୋଟିମ
କିମ୍ବା ? ଏ ମୁଣ୍ଡ ମୁଣ୍ଡରେ ? ଗୋଟିମ ?
କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ?
କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ?
କିମ୍ବା ? କିମ୍ବା ?

3. —¹ | 90,00.

4. —¹ | مَدْعُونٌ. —² | قَدْرًا. —³ | كَلَّا.

(1) Vide Comm. praev. num. 4, supra, p.433-34.—
 (2) Cf. Vitam Aaronis Sarugensis, § 2, *Patrologia orientalis*, t. c., p. 703-704. Etiam S. Symeon stylita senior pastor fuit ovium ; cf. Vitam eius a Theodoreto, § 2 ; LIETZMANN, op. c., p.1-2 ; Vitam

syriacam, § 2, BEDJAN, t. c., p. 508. — (3) Insciis parentibus, ut patet ex § 6; cf. *Vitam Aaronis Sarugensis*, § 5-6, *Patrologia orientalis*, t. c.,

*Duodennis
coenobium
ingressus*

VITA

*Nomen
eius unde
ductum.*

Matth. 20,
1-8.

3. Huic nomen (fuit) dominus Martyrianus (1),
quippe prae laborum agonomique eius multitudo-
dine, non unius martyris nomine appellatus est,
sed nomine martyrum plurimorum, propter divi-
nam virtutem quam gratia illi dederat. Qui in
vinea illa spiritali ab aurora exorsus ad vesperam
usque iustitiae ministriavit; neque per singulos
dies vitae suae numquam cessavit a ieiunio,
precatioне, vigiliis in totas noctes productis,
a statione in saxo, ut domini sui similis fieret,
se ipse cum gaudio crucifigens. Qui relicto mun-
do et omnia quae in eo sunt, mente in caelum
ascendit et mente conspexit bona illa, quae pre-
paravit Deus timentibus se; de regione in regio-
nem vagatus est atque ex mundo aufugit quas
e scandalorum tendicula.

4. Erat autem ille ex honesto genere nobilique stirpe. Postquam annos quinque attigerat, die quadam cum pastore mercennario qui illis erat, exiit ut oves pasceret. Pater eius ad eum requirendum exiit. Ille autem reverti noluit; et prae amore quo eum prosequebantur eius parentes, sibi sumere non poterunt ut ei vim afferrarent (2). Itaque per singulos dies huic gregi adhaerescebat; neque ab eo seiungi se patiebatur. Deus autem, qui modis omnibus homines ad regnum caelorum attrahit, timorem suum in eius pectus iniecit. Cum igitur panem acciperet qui a parentibus eius ei apponebatur, pauperibus hunc dare solebat. Ieiunare, orare, flere consueverat; et si quando ei conspiceretur sacerdos aut monachus aut homo Deum timens, desertis oibvis, ad eum currebat eique dicebat:

*Sancti
ortus et
pueritia-*

*Duodennis
coenobium
inaccessus*

VITA

dientem se exhibuit; in operibus monasticae D
sanctimoniae se exercuit, cum interea a iciuniis
et orationibus non cessaret noctu et interdiu.

6. Erat autem in hoc coenobio columna e lapidibus superpositis, in qua erat homo quidam egregius, qui hanc a longo annorum spatio incolebat (1). Ad hunc adivit dominus Martyrianus

his cum eo verbis ac precibus utens : « Domine,
sine me, quaco, tibi ministrare subter hanc e-
lolumnam : tu enim sanctus es, ego vero peccator.
Ego itaque non possum sed tu dabis mihi Deum.

Forsitan tuo precatu veniam dederit mihi Deus. »
Et magno fletu illacrimatus est. Ille intuitus eum
dixit : « Quod est nomen tuum ? » Dixit ei : « Mar-
tyrius est nomen meum' (2). » Dixit ei beatus :

« Domne Martyri, estne tibi virtus perferendi durum hunc laborem? » Dixit ei Martyrius: « Deum, in quo reposita est cogitatio mea, ipsum E
spero hanc virtutem mihi inditurum esse. » Res-

pondit beatus et dixit ei : « Unde es tu ? » Dixit ei Martyrius : « De terra e qua fictus sum peregrinus (ego) (3). » Sanctus quippe nolebat indicare

locum in quo natus erat, ne parentes eius, hoc
audio, venire eumque ad se raperent. Dixit ei
beatus: « Dic mihi: parentes tui fidelesne sunt
en saeculo? » Dixit ei sanctus: « Profecto, domine,

an secus ? » Dixit ei sanctus : « Projecto, domine, fideles sunt. » Dixit ei beatus : « Et quae sunt eorum nomina ? » Dixit ei : « Servus et ancilla Christi. » Tunc adorans eum illi exiit inter

Christi. » Tunc beatus acri acie illum intutus cognovit quid de illo eventurum esset. Et dixit ei: « Beatus es, puer, beatique (te) se

beato parentes tui, et quod (te) genuerunt et propter id quod de te futurum est. Adveniet enim tempus cum te non Martyrium appellabunt, sed martyrum multitudinem (4). Conside-

apud me. Confido equidem Christum, qui ad me te misit, idoneam virtutem tibi daturum, quae in ascetico labore exerceas, et martyrii co-

et in ascetice labore exercens, et manu et per
ronam accipias.» Itaque apud eum consedit,
in cella huic stylitea subdita, ascetico labore
se exercens. Corpori suo multorum dierum
iacinuum impune nocturnaque vigiliis a vess-

ieunium imposuit nocturnasque viginas a vespera usque ad auroram. Verberibus corpus suum caedebat, et per noctem integrum lacrimaba-

tur, cum interea pectus suum manu tunderet. Beatus autem eum auscultabat eiusque vocem quod audiebat; et ingenti admiratione captus est,

quod puerulus annorum duodecim adeo casta consilia adeptus esset, ut opera tam ardua in se susciperet. Ad quem verba convertens dixit:

« Domine Martyriane, accipe verbum quod tibi dicturus sum.» Qui dixit ei : « Loquere, domine, quia audit servus tuus.» Dixit ei : « Parce tibi

P.

(1) Cf. *Vitam S. Symeonis stylitae iunioris*, §11, DELEHAYE, *Les Saints stylites*, p. 239. — (2) *Ex baptismo* add. P. — (3) Idem responsum infra, § 57. — (4) Vide Comm. praev. num. 4, p. 434.

illacrimans ab istis atque a monachis veniam ro- D
gavit peccatorum quae minime fecerat. Illi mo-
nachos interrogarunt : « Cuius modi vobis eius
oboedientia visa est in hoc monasterio ? » Res-
pondit coenobiarcha cum reliquis monachis, et
dixerunt : « Plane admirabilis aspectus de-
cora. » Facies eius quasi sol splendebat ; verum
statura illi erat hominis mediocris (1). Postquam
autem illius sancti exequiae peractae sunt, rur-
sus iste coepit eos obsecrare sicut prius ad eorum
pedes provolutus. Defluebant eius lacrimae tam-
quam rivus aquarum. Obstupere omnes in-
genti admiratione propter Dei reverentiam quae
huic inerat, et propter eius animi demissionem.
Proinde votum eius perfecerunt eumque in il-
lam columnam extulerunt (2). Rogavit eos ut
sibi benedicenter. Itaque eum cruce signarunt et
votum eius exsecuti perfecerunt.

- ut in
t columnam
evehatur.

E

*Fune se
suspendit.*

F

Deut. 24,
12.

*Vestitus
eius
asperitas*

³ add. *infra lin.* — ⁴ دَهْمَهْمَةٌ إِمْبُونْدِيْنْ add. P.
^{9.} — ¹ بَوْلَهْنْ P. — ² سَحَلَّا add. P. — ³ كَلْنْ re-

scriptum ex ፲፻.

(1) Cf. *Vita S. Symeonis iunioris*, § 12, DELEHAYE, op. c., p. 239. — (2) *quasi mortuum deducerent add.* P. — (3) *ut humi non sederet P.* — (4) *funis add.* P. — (5) *Aliquid eius*

modi narratur de Tito discipulo S: Danielis
stylitae, § 62, DELEHAYE, op. c., p. 62. —
(6) Reliquia paucis contrahit P.

bus spissæ contextam et valde calidam; hiemæ autem stola induebatur e ferro (1), ita ut hiemis aestatisque (tempore) corpus suum encaret frigore et calore. Neque ullo umquam aut tempore aut die taedio prohibitus est quominus corpus suum omni saevorum cruciatuum generæ vexaret atque affligeret. Praeterea funem sibi fecit et saetis verrinis, quo totum corpus suum circumplexus est, adeo ut subtus illo fune totum eius corpus intumesceret atque putresceret (2).

VITA

11. Rursus alium agonem suscepit et hanc sibi regulam iniunxit ut in altero pede staret ab aurora usque ad vesperam, Deum in omni tempore celebrans cantico novo. Et dicere solebat (3) : « O cithara quam Deus ad (suum) praeconium instruxit, Dominum celebra cantico novo, antequam veniet mors quae te dissolvat, iamque fies instrumentum inutile, nec laudi eius qui te creavit inservitura es. » Animaet suae dicebat : « Sponsa, quae Christi sanguine liberata es, tui ipsius miserere oleumque tibi compara, quo ardeat lampas tua, priusquam tibi superveniet dies tenebriosus, in quo, extincta lampade tua, oleum emere voles neque erit qui tibi vendat, atque in gehenna cum fatuis virginibus cruciabere. Te miseram eiulabis et plorabis, neque erit qui tecum misericordia utatur, quoniam illic in fletu nulla salus nec lacrimis erit apud quem valeant. » Corpus quoque suum omni saevitiarum genere mulcans aiebat : « Corpus, in quo occultus et absconditus est succus vitalis, cave ne fraudetur a te creator tuus ; quin potius aerumas cruentatusque tolera et sustine, antequam adveniet mors, quae ad bona nervos tibi praecidat ; et abibis vastationi traditum, cum iis qui creatorem suum fraudaverunt. Occlusa tibi erit misericordiae ianua. Invocabis neque erit qui tibi respondeat aut qui tibi aperiat. Sed enim in Deo praesidium quaere. Defle peccata quae admissisti ; quoniam illuc nullus erit paenitentiae locus ; et illuc lacrimae nihil iuvabunt. Transit mundus ; evanes cunt eius imperia eiusque gaudia dilabuntur ; eius opulentia facta est quasi non esset ; deficiunt et eius lautitiae. Beati iusti et pii qui Deo placuerint eiusque voluntatem fecerint, quoniam hereditate accipient vitam, delicias, regnum non peritum. Peccatores autem hereditate accipient gehennam et supplicium cui non erit finis. » His confirmabatur dominus Martyrianus animosque sibi addebat. Corpus suum domabat, et quasi fulgore angelico rutilabat vultus eius.

Matth. 25,
1-12.

۲۷۰

(1) Cf. *Vita Barsaumae*, § 18, NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. VIII (1913), p. 380.—
 (2) *Vita S. Symeonis senioris*, § 19, BEDJAN, t.c.,

Novembris Tomus IV.

VITA የሰነድ የጊዜ በመሆኑ ስት ተከራክር ስለመስጠት የሚከተሉ የመሆኑን ስምምነት ይረዳል
በመሆኑ ስት ተከራክር ስለመስጠት የሚከተሉ የመሆኑን ስምምነት ይረዳል
የመሆኑን ስምምነት የሚከተሉ የመሆኑን ስምምነት ይረዳል

፡፡ የዚህ አሰጣጥ መፈጸሚ ስት, የዚህ ሙሉዎች መፈጸም ተፈጻሚ

12. Porro notitia eius per omnem regionem diffundit copta est, permanavitque eius fama ad omnes urbes et pagos. Advenit autem ad eum homo quidam, cui nomen erat Barhadibešabbā (1). Erat hic leprosus. Et coepit eum rogare his verbis: « Te, domine, precor ego, his lepris affectus, quae valde me cruciant, ut Deum pro me supplices adeoque hae per te carentur. » Cui dixit ille: « Esne christianus? » Dixit ille: « Non sum. » Dixit ei dominus Martyrianus: « Quid ergo? » Dixit: « Iudeus sum. » Dixit ei sanctus: « Credis ab eo quem crucifixistis et per eius passionem sanari (posse) lepras tuas? » Dixit ei iudeus: « Profecto, domine Martyriane, credo. » Dixit illi: « I, coenobium istud ingredere, et dic coenobiarchae: « Homo ille peccator, qui stat illic in lapide, me misit ad te, ut me baptizares fieremque christianus: iudeus enim sum. » Postquam autem te baptizaverit, ad me revertere. » Fecit ille quae iussus erat, baptizatus est et ad sanctum revertit. Dixit ei dominus Martyrianus: « Credis filio Dei? » Dixit ille: « Credo, et eius nativitatem passionemque confiteor, et fidem iis adhibeo. » Sanctus columnam ingressus est flexisque genibus coepit lacrimas coram Deo fundere, sic aiens: « Domine Iesu Christe, suscipe hanc ovem, quae aberraverat et rediit; atque gratia tua munda eam a leprarum molestia. » Oleum afferri iussit, benedixit illique dedit sic ei dicens: « Unge hoc (oleo) totum corpus tuum. » Qui unxit se et extemplo leprae eius mundatae sunt; convaluit corpus eius et anima eius illuminata est. Et gaudio percitus abiit, Deum laudans atque confitens.

13. Fuit etiam in urbe quadam, a statione
huius sancti admodum dissita, itinere circiter
duodecim dierum, puella quaedam ditissima;
quae media nocte (2) exergiscens ululare coe-
pit: « Vae mihi tua causa, domne Martyriane.
Tela ignea a te immissa, ora mihi verberant. »
Puellae parentes, eius clamore a somno excitati,
eam interrogaverunt his verbis: « Quid est cau-
sae cur ita clamites? » Illa autem maiores etiam
clamores attollere, his verbis: « Ignis a domino

*Iudaei
leprosi*

*animum
corpusque
sanat.*

*Puellam
daemonia-
cam*

13. — ¹ مَدْحُودٌ. — ² مَدْحُودٌ.

(1) I. e. *Dominicus*. Adverte hoc nomine christiano (quod in P omittitur) appellari iudeum.

Magnam partem narrationis omittit P.—(2) Hic incipit lacuna in P.

Martyriano emissus os mihi verberat. » Interrogauit eam parentes eius dicentes : « Ubinam est ille ? » Dixit iis puella : « In coenobio Animarum (1) habitat in columna, abhinc duodecim dierum itinere. » Et ab ululando non desistebat. Parentes eius, ut qui eam plurimum diligenter — neque enim alius iis erat filius — itineri se committere non cunctati sunt ; et protinus consurgentes de terra illa sciscitati sunt et ad illius coenobium profecti sunt, quod vocatur (coenobium) Animarum. Pridie huius diei, dixerat sanctus discipulo suo, domino Romano, qui ei subter columnam ministrabat et primus ei discipulus factus erat : « Praepara quae necessaria sunt viatoribus ad nos e (terra) longinquā venientibus. » Ille mandatum eius exsecutus erat. Cum autem ad eos pervenissent homines illi, hos prompto animo exceperunt. Ut primum a sancto benedicti sunt, exclamavit puella his verbis : « Domine Martyriane, miserere mei. » Dixit illi : « Quid pateris, adolescentula ? » Quae dixit ei : « Tela ignea a te emissā mihi faciem verberant. » Eius autem parentes lacrimis perfusi dicere cooperunt : « Domine domni Martyriani, illius oratu miserere nostri. » Dixit iis sanctus : « Estisne christiani ? » Illi autem responderunt dicentes : « Nequam, domine ; sed iudei sumus. » Dixit iis : « Creditisne eum quem crucifixurū patres vestri Deum esse ; et sanabitur filia vestra ? » Illi autem ei dixerunt : « Utique, domine, credimus. » Et misit eos ad coenobiarcham. Vitale baptismi sigillum accepérunt et ad illum reverterunt. Sanctus in columnam ingressus precari coepit his verbis : « Domine noster Iesu Christe, qui in Sion stipiti affixus es ; da sanitatem huic ancillae tuae, oviculae erranti, quae nunc ad te revertit (relieto) daemonum errore quo innexa erat, et ovile (tuum) ingressa sordes eluit in unda baptismatis. » Tum eam compellans dixit ei sanctus : « Crede domino nostro Iesu Christo, et vive in aeternum. » Illa protinus accurrit, procidit ad basim columnae in qua sanctus habitabat et respondens (ei) dixit : « Credo. » Qui in Ioh. 13,5 pelvī aquam infudit et in eam nomen Christi invocavit his verbis : « Domine noster Iesu Christe : tuo ad homines adventu, Domine, soluta est progenies Adam a laqueis peccati et execrationis, quibus capta est terra ex quo Adam oboedientiam detrectavit. Tu qui in aqua baptizatus es, ut Adam ab omni peccato expiareris atque purgares ; increpa daemonem istum, qui famulam hanc tuam excruciat, atque dentibus stridens expellatur in fugam actus et pudore suffusus signi quod illa, impresso divino chris-

VITA

*e
longinquo
adductam*

E

liberat.

F

³ *canc.* ⁴ *canc.* ⁵ ~~x~~ cancellatum add. B.

(1) Vide Comm. praev. num. 5, p. 434.

uxor quoque sua ad eum adire sineretur, quod eius visendi esset cupidissima; quippe inibi erat ut Hierosólyma precatum adiret, cupiebatque ante ad eum ascendere ut eum inviseret eiisque oratione ac benedictione accepta, ab eo deinde dimitteretur. Beatus, cum hi sacrati dies essent ieiunii et aspectu feminarum sibi esset interdictum, hac re se prohibitum sensit, et dixit: « Nunc quidem fieri non potest quod petitur. Vade in pace et domum tuam revertere. » Rediit homo domum suam et uxori rettulit quid ei (1) respondisset beatus. Mulier autem noctu et interdiu marito suo dictitabat: « Nihil mihi commune tecum erit neque in domo tua longius habitabo, nisi ad beatum rediens ei persuaseris ut nos ad suum conspectum et orationem admittat. » Beatus porro sic in viso admonitus est: « Ingenuo fidei oculo haec te mulier cernere cupit. » Ille igitur ad eum rediens eum rogare coepit his verbis: « Ipse Christus mulierum peccatrici permisit ut ad eum accederet et ab eo veniam acciperet. Sufficit servo ut sit sicut dominus eius et discipulo sicut magister eius. » Et beato narravit quae a muliere dicta essent. Beatus eum respexit et dixit: « Dominus Deus (2) me liberabit a Satanae insidiis. » Eique concessit ut pertenti (uxori) fieret satis. Qui abiens uxori dicta sancti rettulit. Postridie huius diei consurgentes itineri se commiserunt et ad illum pervenerunt. Sanctus mulierem affatus ei dixit: « Cur me cernere gestivisti, qui homo sum peccator? Verum quia fide (permota es ut) haec peteres, ite (vos) in pace: fiet vobis sicut credidistis. » Quae cum iis dixisset ab eo digressi sunt.

*divino
monitu,*

E

*accedere
sinit.*

Matth. 8,
13.

*Draconis
inferni
spectrum*

*oratione
dispellit.*

² *مـلـىـلـىـ*. — ³ (*بـلـىـ*) *prius* *بـلـىـ*.

16. — 1 | 9039.

(1) I.e. mulieri. — (2) Hic desinit lacuna in P. t. c., p. 529-30. Totam narrationem omittit P.
— (3) Vita S. Symeonis senioris, § 29, BEDJAN,

19. Adduxerunt (1) quoque illi hominem qui a spiritu impuro angebatur, qui cum illo instar feminae in lectulo dormiebat eumque graviter cruciabat et angebat. Inclamaverunt autem qui eum adduxerant dicentes: « Domine Martyriane, Deum invoca ut nostri miserearunt: animus enim noster opprobrio graviter afflictus est. » Dixit illis: « Unde estis? » Dixerunt ei: « Carreni (2) ab advena sumus. » Dixit iis: « Et undenam, (vos) huius parentes, de hoc peccatorum coenobio inaudiisti? » Illi autem ei dixerunt: « Spiritus iste impurus ipse per eum locutus est et indicavit nobis. » Dixit iis: « Dominus Deus in quo spem habetis, et cui confidentes hue venistis, <hunc confido (3)> vos inopes non dimissurum. » Et in oratione constituit dicens: « Domine Deus, qui mandato et imperio dominationis tuae, legiōnē Marc. 5, 9. daemoniorum expulisti ab (homine) illo qui in sepulcris habitabat, increpa spiritum hunc impurum, ut exeat ab homine isto, neque amplius eum petulanter illudat. » Et e columna (sua) propulsat.

፳፻፲፭ ዓ.ም. በ፳፻፲፭ ዓ.ም. ስለመ

20. Rursus ad eum advenit e terra longinqua
homo quidam a maligno spiritu oppressus, qui
nullis omnino vestibus induitus erat (5), parentes-
que suos solebat lapidibus impetere, membra sua
mordebat corpusque discerpebat. Catenis eum
constrinxerant, neque erat qui prope eum con-
sistere posset. Huius igitur parentes lacrimis
perfusi eum ad (sanctum) adduxerunt, ante col-
umnam proiecerunt, et dixerunt: « Obsecra-
mus te, serve Dei vivi, obsecra dominum tuum
ut nobis auxilietur. » Sanctus autem dixit illis:
« A quanto tempore sic cruciatur? » Dixerunt ei:
« A decem iam annis. » Dixit autem illis: « Heus
tu, qui male sic cruciaris, erige te in pedes tuos. »
Et continuo surrexit. Dixit ei: « Sume ex pul-
vere qui est circum hanc columnam, eoque per-

19. —¹ తమితు. —² supplevim. e contextu. —
³ బెన్తు. —⁴ sic prius B; ⁵ add. man. poster.

20. —¹ *புதியோஸ்*. —² *புதியூ*: *prius மாணி* (?).

(1) Argumentum huius Miraculi sumptum est ex Vita syriaca S. Symeonis senioris, § 34, cuius ipsa verba hic referuntur. Cf. BEDJAN, t. c., p. 532. Narrationem omittit P. — (2) Vide Comm. praev. num. 5, p. 434. — (3) Sic aut aliter comprehendunt sententia. — (4) I. e.: e pulvere circumiacente. Cf. Vitam S. Symeonis, loc.

c., et Miracula quae modo sequuntur. — (5) Cf. *Lc.* 8, 27-39; *Marc.*, 5, 2-20, et *Vitam syriacam* S. Symeonis senioris, § 35, *BEDJAN*, p. 532-533 ; item *Vitam S. Abraham ab Alto monte*, in *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. IX (1914), p. 416.

VITA

ବର୍ଷାରେ କିମ୍ବା କିମ୍ବା ତାହାର ପାଇଁ
B ତାହାର ପାଇଁ କିମ୍ବା କିମ୍ବା ତାହାର
କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା କିମ୍ବା

၁၀၈၂၊ ၁၃၇၄၊ ၁၃၇၅၊ ၁၃၇၆၊ ၁၃၇၇၊ ၁၃၇၈၊ ၁၃၇၉၊ ၁၃၈၀

23. — ¹ *Sic etiam Vita S. Symeonis Vaticana,*
AESSMANI, t. c., p. 261; ~~1802~~, BEDJAN, t. c.,

(1) Reliqua omittit P. — (2) Cf. Marc. 5, 20.
— (3) Vita S. Symeonis senioris, § 39, BEDJAN,
p. 535. — (4) In Vita S. Symeonis, l. c.; ad

frica totum corpus tuum.» Fecit ille quae iussus D
erat ; et continuo persanata est mens eius. Et
accurrens columnnam osculatus est cum lacrimis.
Dixit ei beatus : « Vade in terram tuam et nemini
hoc dixeris. » Abiit homo in terram suam, Deum
laudans (1) ac celebrans, et per Decapolim (2)
praedicans dominum Martyrianum vere genui-
num esse medicum divitium missum, qui mor-
bos infirmitatesque curaret. Qui autem haec
audiebant, Deum laudabant dicentes : « Prodigia
non vidimus qualia ab hoc sancto patran-
tur. »

כָּבֵד מִלְּמַד

21. Deinde vero in animum induxit ut per
riennium se ipsum includeret neque a quopiam
onspiceretur (3). Itaque fecit sibi catenam ma-
nam e ferro, quam pedi suo innexuit, et amque
d summam columnam alligavit (4), et ostium
orani se clausit.

Ad triennium inclusus et competitus manet.

*Daemones
larvas illi
obiciunt
gladiato-
rum*

22. Ut autem (solus) secum fuit, ex interiore columnā eum adortus est inimicus (5), qui cum alam impugnare coepit. Is ei speciem obiecit militum, qui gladios stringebant, arcus intendebant, iumentis equitabant. Deinde ex equis descendentes, per (columnae) parietem scandebant latusque cum telis in eum iaculabantur, ut ex loco in quo stabat aufugeret.

23. Item (daemones) se illi ostenderunt similes camelо lascivientи (6), qui spumas emittens ad eum veniebat (7) et eius dorso incumbebat. Et extemplo visus est ei homo quidam, qui (coram) stans ei dixit: « Domine Martyriane, expergiscere; virtute ac fortitudine te indue. Ecce tibi adest dominus tuus. Noli timere neque expavescere; sed Domino confisus, probe decerta cum inimico. » Ille sumpsit de pulvere, qui circum columna erat, eumque proiecit in faciem illius camelи; qui continuo dissipatus est quasi non esset. Rursus beato dixit (homo ille): « Acri fortique animo esto; nam Dominus tecum est. »

፳፭፻ .፩፭፻ እና ስራውን ተስፋለን ማረጋገጫ
፳፭፻ .፩፭፻ ተስፋለን ማረጋገጫ

lampadarium

p. 536 : ~~1st~~ P — $\frac{2}{3}$: — $\frac{3}{4}$ addit. trans margin.

24 — 121

magnus lapidem. — (5) *Vita S. Symeonis senioris*, § 40, BEDJAN p. 535-36.— (6) *Ibid.*, § 41,

1815 : በፌዴራል የሚከተሉት ሰነዶች እንደሆነ
በፌዴራል የሚከተሉት ሰነዶች እንደሆነ

rum fulgor ad caelum usque ascendebat (1). Qui venientes, desuper eum in loco ubi erat constituerunt, ut beatum ab agone suo desistere cogerent. Ille neque eorum voce territus est, neque aspectu tremefactus. Rursus videre sibi visus est (daemones) saxa provolventes, et audire fragorem tonitrus formidabilis, aut vocem lugentis, aut voces hominum ensibus et hastis inter se pugnantium ; et interdum (audiebatur) quæstra exclamantis : « Occisus sum. »

VITA

25. Rursus ei species obiecta est leonis (2), *leonis.*
qui ad eum veniebat ore hiante, (quasi) eum de-
vorare vellet, rugiens voceque fremens; qui ter-
ram unguibus fodiebat et caudam vibrabat,
terribilis aspectu. Cum autem longiores ille
moras traheret, beatus cruce se signans eum in- E
crepavit; et amplius iste non visus est.

26. Iterum ei se ostendit (daemon) mulier similem formosae et ornatae, quae veniens risu eum lacescebat (3). Quam ut vidit, signavit se forma crucis, et aperiens os suum, illi dixit: « Apage te, o filia Evae; quousque genus nostrum malo consilio insectaris? Per nomen domini nostri Iesu Christi, adiuro te ut fias simulacrum e sale (4), fuscum, nigrum et fetidum. » Et apparuerunt bestiae quaedam, quae illius manus pedesque praeciderunt (5). Illa autem membris capta ciuilabat, perinde ac si plurimi eam insectarentur. Et dispulsa evanuit, quasi vapor, aut sicut pulvis qui a vento rapitur.

27. Postquam autem exacti sunt inclusionis *Praestigios*
eius anni quos sibi voto indixerat, cum termino
constituto, eum invasit diabolus (6), in omni
habitus varietate; qui in omnes formas ei se
mutatum ostendit. Ille autem ab opere suo non
cessavit, neque animo concidit. Abiit igitur
(diabolus) convocatoque universo agmini suo
dixit: Venite, vires coniungite et contra per-
tinacem hunc hominem pugnate, ne ab eo su-
perati opprobrium nobis in mundo contraxisse vi-

26. — ¹ correct. ex: lēsibl (?) — ² prius: — ³ lēsaw. — ⁴ lēsiblōo.
— ⁵ lēsiblō: ⁶ deletum. — ⁷ lēsiblō. — ⁸ lēsiblō.

(1) *Vita S. Symeonis senioris*, § 42, BEDJAN, t. c., p. 536-37. — (2) Ibid., § 43, BEDJAN, p. 537. Hanc narratiunculam omittit P. — (3) *Vita S. Symeonis senioris*, § 44, BEDJAN, l. c. —

(4) Cf. *Gen.* 19, 26. — (5) De feris silet P. —
 (6) Cf. *Vita S. Symeonis senioris*, § 45, BEDJAN,

deamur » Proinde convenerunt ad certandum D
omnes asseclae diaboli et ad sanctum adiverunt
foedissima quaeque spectra illi vicissim obi-
cientes. Et adduxerunt collegeruntque reptilia
impura cum serpentibus, viperis, scorpionibus,
gryllis, ranis et omni reptilium spurcitie; quae
proicientes suffocarunt in aqua quae illi praesto
erat et in omni re qua utebatur; adeo ut ipsius
columnae mansiuncula et cela quae subter
illam erat putredine inficerentur (1). Angebatur
autem dominus Martyrianus huius putredinis
fetore. Itaque dominum Romanum discipulum
suum compellans ei dixit: « Vides ut Satanae
impugnatione tentemur? » Et precatus est dic-
ens: « Domine Deus, qui verbo tuo aquam in
vinum commutasti in Cana Galileae; et in diebus
prophetae tui aquam mitigasti; hunc etiam locum
et quidquid in eo putridum est propitiis renova. »
Perstigit in oratione tribus diebus et tribus noc-
tibus. Et exaudiente illum Deo, locus et quid-
quid in eo erat, ab huius spurcitie putredine
mundatus est, quasi nihil in illo corruptionis
accidisset. Et Deo grates laudesque egit dicens:
« Praedicate Dominum paeconio novo, quia Psal
prodigium nobis operatus est. » Rursus manus
suas ad caelum expandens precatus est his ver-
bis: « Deus fortis, eo modo quem novit benignitas
tua auxiliare nobis. Tu provide servo tuo. »
Et cum orationem protraxisset, ad dexteram con-
versus, angelum astantem (2) vidit; qui eum
compellans dixit: « Domine Martyriane, fortis
esto et animi tibi addantur a Domino, qui me
misit ad te. » Et dixit ei: « Minime te terreat
diaboli tenditacae. » At sanctus fallax hoc visum
ratus, se ipsum cruce signavit, et iterum conver-
sus, eadem sibi videre visus est eademque
ipsa verba audivit. Et respondens dixit: « Pro-
pe est Dominus invocantibus eum in veritate.
Voluntatem timentium se faciet; et depreciationem
eorum exaudiet et salvos faciet eos. »

— ٥ — ^٦ ملائكة لآدم ^٤ ملائكة لـ ^٥ إبراهيم ^٦ ملائكة لـ ^٧ هارون ^٨.

tinuo exsilit aqua. Et cum accessissent discipuli eius biberunt atque Deum laudarunt. Reliqua omittit P usque ad § 33. — (2) In Vita S. Symeonis, l. c. : fontem (aut cisternam) aquarum ; cf. P, supra, annot. 1.

A ﻦـ ﺔـ ﻪـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ ﻮـ
 ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ
 ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ
 ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ
 ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ ﻮـ ﻢـ ﻮـ ﻢـ : ﻦـ ﻪـ ﻢـ ﻞـ

eum compellans dixit: « Si vis, apud te congregabuntur monachi, quos instituas. » Respondit ille et dixit: « Satis est mihi discipulus iste ad interiora et exteriora. » Ab illo autem die, ad eum undique convenire coeperunt. Hos doctrinas (varias) docebat quibus ad Deum admoverentur, et in Scripturis eos eruditiebat.

VITA

*Post
annos
triginta
novem,*

meritorum
suorum

29. Iam annos circiter triginta novem (1) in columna illa traduxerat, corpus suum atterens, et doloribus se ipse affligens. Lingua eius facta erat organum purum, quod (Dei) paeonia modulabatur; nulla cessatio illi erat ab oratione perpetua, neque in ieiunando defecit. Belle rutilabat eius vultus et sole splendidior erat. Eius anima fulgebat et pulchritudo coruscabat. Suavis erat eius aspectus et dulcis sapientia. Manus eius ad Dominum eius expansae erant; pro mundo misericordiam precabantur, et homines ad paenitentiam advocabant. Verba eius multo dulciora erant quam mel. Aspectum suum in caelum defixum (tenebat) a Deo mercedem exspectans. Mens autem eius Christi amore inebriabatur, et similis (fluvio) Gehon, qui terras aridas Gen. 2, 13. irrigat, omnibus opitulabatur quotquot ad eum veniebant.

*celebrita-
tem*

30. Cum autem increvisset numerus eorum
qui ad eum conveniebant, animo angi coepimus
est, et re secum cogitata, dixit discipulis qui ad
eum se applicaverant : « Filii, non parum vereor
ne vana gloriacione nos pelliciat Satanus et a
mercede nos excludat, adeoque causam gaudendi Psalm. 40,
praebeamus diabolo, si quando vanae gloriacioni
nos habeat obnoxios. Sed volo equidem ut ex F
hac columna me demittatis. In aliam terram mi-
grabimus, ubi nemo sit qui nos noverit, et ab
hominum aspectibus liberati conquescemus.
Illic nobismet ipsis vacabimus et aetatem finie-
mus ubi voluerit Domini nostri misericordia. »
Itaque voluntati eius obsecuti ex eius columna
eum deposuerunt (2). Quod cum audivissent
illi monachi, ad sanctum adiverunt ut ab eo
benedicerentur, et eum flagitarunt ut secum
habaret. Noluit ille, sed cōvocatos eos roga-
vit ut pro se precarentur. Et aperiens os suum
benedixit iis et inde migravit in terram longin-
quam et accessu difficilem.

29. —¹ prius; -² add. man. prim. (?).

— 30 —

(1) Itaque duos annos amplius quam Symeon senior. DELEHAYE, op. c., p. CXLIV. — (2) Cf.

Vita S. Symeonis iunioris a. NICEPHORO, § 69.
Acta SS., Maii t. V, p. 333.

VITA

31. Dum autem iter facit ipse et discipuli eius, opprescit eos aestus dici, (quo) enecti siti conficiebantur, adeo ut illi respondere non possent, et circumquaque respiciebant si forte aquam reperire possent neque reperiebant. Sanctus autem in oratione constituit, et genu flectens coram Deo, terram calce percussit; et illico saturavit fons lergus aquae dulcis, in loco ubi ne aura quidem umoris aderat. Et dixit discipulis suis: « Accedite. » Illi autem, genu flectentes, biberunt et ei gratias egerunt qui exaudit invocantes se in veritate. Et considererunt eo loco ubi haec aqua illis saliverat.

32. Et ingressus est viam illustrem et arduam
solitariorum, se ipsum exercens magnis ope-
ribus laboris ascetici. Gratia autem Domini
erat in illo; et divina virtus eum confirmabat.
Sanctus autem cum a superbis cogitationibus
prorsus esset alienus, secum ipse commentabatur
sublime vivendi genus hominum perfectorum, qui
ante eum exsisterant et excellentissimi fuerant;
quippe eius modi considerationibus cupide pas-
cebatur ut adaequaret et illorum eminentiam.
Et in animo secum ipse dicere solebat: « Meum
vitae institutum cum patrum institutis compara-
tum, qui ante me fuerunt, nihil duendum est. »
Et dum in his modestis cogitationibus dies qua-
draginta traducit, nihil cibi gustans aut aquae
bibens, sed mentem suam sursum erigens et con-
siderationes attollens, spiritu perspiciebat bona
quae Deus promisit sanctis suis. Neque ullum
ei requietis tempus erat, in quo non novas sibi
quasdam molestias inferret.

33. Porro (1) illic vidit lapidem aliquem, qui uno cubitu a solo eminebat (2). In hunc ascendit atque in eo constitut annis duobus mensibusque tribus; neque ex illo descendit aestatis aut hiemis tempore; sed consertis manibus Deum laudabat. Et donec exacti sunt illi (anni et menses), neque genua flexit, neque consedit, adeo ut eius crura quasi stiptes rigerent, exarscente toto eius corpore. Discipuli autem eius accedentes ei dixerunt: «Pater, tibi parce, ne vires te deficiant et ab opere tuo tibi desistendum sit.» Ille autem humi descendit, et diebus septem iacuit quasi mortuus, antequam membrorum usum recenti.

31. —¹ مُهَاجِر —² وَمُهَاجِر —³ مُهَاجِر. —⁴ prius *admodum*; *as script. intra lin-*

(1) Hanc narratiunculam continuat P cum § 27. Cf. supra, p. 450, annot. 1. — (2) Vita

విషాదం కు నీ ప్రాణం లోలు 141 ఎంపి
ప్రతిసు కు కు కు : మిత్త స్విమటాని ను ఇంట
ప్రయంగ విషాదం కు లు ఒక : తా ఇంట
: అంబులు కు కు కు కు కు

35. —¹ *logi.* —² *bis script.* —³ *|, |,*

(1) Sequentia omittit P, usque ad § 39. —
(2) Cf. *Matth.* 9, 20, et *Vita S. Symeonis senioris*,
§ 63, BEDJAN, p. 551. — (3) Cf. *Vita S. Symeonis*,

34. Porro sancti fama spargi coepta est in regionem illam; et ad eum ventitare coeperunt homines ex omnibus locis et urbibus. Gesta eius inter homines celebrari coepta sunt; cupidoque eos cepit eius visendi, adeo ut ipsi homines qui nullo morbo vel infirmitate affecti erant ad eum venirent, ut miracula cernerent quae per eum Deus operabatur (1).

VITA
*Eius fama
denuo
erumpit.*

35. Accessit ad eum mulier ab immundo spiritu obsessa, quae gravem sanguinis fluxum patiebatur (2). Quae ut ad locum supervenit ubi sanctus erat, manus complodere coepit. Ipse autem sanctus ad eam accedens illi dixit : « Apage te, immunde spiritus : in nomine domini nostri Iesu Christi, tibi praecipio ut ex ista (muliere) ex eas neque iterum eam invadas. » Et accedens, eius faciem ter cruce signavit ; et continuo diabolus qui in illa insederat ex ea exivit magna voce clamitans et dicens : « Vae mihi et universo generi nostro tua causa, domine Martyriane. » Mulier autem per duas horas remansit quasi mortua. Deinde surrexit mente sana et sobria, et cum faciem velasset, Deum praedicabat. Et abiit gaudens, integra valetudine.

*Sancti
virtute
sanatur
haemor-
rhoissa*

36. Advenit ad illum homo quidam e regione longinqua, itinere circiter trium mensium, qui inde a multis annis diro capitisi morbo affectus erat, et vehementia doloris adeo premebatur, ut ad parietem annixus ei nonnumquam se allideret (3). Is, cum ad locum accessisset ubi sanctus erat, ad eum ingressus est, et ante eius pedes provolutus ei morbum suum enarravit, et a quotannis hos cruciatu perferret. Ille aquam sibi iussit afferri, quam benedixit, et (homini) dixit: « Hac lini totum corpus tuum, et ex ea funde etiam in caput tuum. » Ipso autem temporis puncto quo haec aqua illum tetigit, aufiguit ab eo morbus, quem non amplius sensit (4). Et persanatus laudabat Deum, et converso itinere domum suam rediit.

*homo
capite
laborans.*

۱۵- ملکه کوچکی که از آن بزرگ شد و این را بزرگ شد

37. Rursus ad eum advenit homo quidam membris captus inde ab annis duodecim; qui nisi ab alio homine moveretur, corpus suum convertere non poterat (5). Hunc igitur coram sancto preiegerunt dicentes: «Miserere nostri sanc-

*iudeus
membris*

37. — 1. 1898-99.

§ 66, BEDJAN, p. 555-56.—(4) Proprie : *vidit*.—
(5) Cf. *Vita S. Symeonis senioris*, § 67 (de filio
reguli Persarum), BEDJAN, p. 556-57.

VITA

te Dei; Deumque obsecra, ut quemadmodum D
solet, per te nobis (huius) sanitatem concedat,
quitineris fatigacione graviter exhausti sumus;
nam peregre advenimus.» Respondens autem
domnus Martyrianus iis dixit: « Unde estis? »
Dixerunt ei: « Ex pago qui dicitur Argel (1). »
Dixit illis: « Estisne christiani? » Illi autem re-
sponderunt ei dicentes: « Iudei sumus. » Dixit
is: « Creditisne Iesum Christum huic male mul-
cato mederi posse? » Illi autem ei dixerunt:
« Utique, domine, credimus. » Eos igitur abduc-
tos baptizavit. Et ad Deum precationem exor-
sus est, cum lacrimis dicens: « Domine Iesu
Christe, qui dominationis tuae potestate de-
pressa, homo factus es, et ad liberandum genus
nostrum servi similitudinem suscepisti, fac per Phil. 2, 7.
te liberefut anima illa perdita, quae nunc ad
te revertit et facta est margarita pura. A te

*qui
cum suis
baptizatur*

Act. 3,
6-9.

B અને આજી ઓં : હુસ્તાં લગ્ન
નીરાદું બળો હશે કિંદું રાલાદું
કંદાલ હા : રાધાં તાંત્રાં માનું હુબાદ
લુંદું કલાલ હશે નાચું ખુલ્ફું દુસ
સાલાં હું બળૈ : ખુદું સાંદ્રાં
દ્વારાં માં : માંલાં ટાંકું હશે પણ
ફ્રેલાં માંલાં : વાસું બાંદ્રાં
શ્રી બાંદ્રાં ઓં : રાધાં તાંત્રાં
સાંદ્રાં તાંપ્રાં : હુસ્તાં લાલ
નીં સુદ્રાં માંલું હશે કાંદું
લુંદું કલાલ હશે નાચું ખુલ્ફું દુસ
સાલાં હું બળૈ : ખુદું સાંદ્રાં
દ્વારાં માં : માંલાં ટાંકું હશે પણ
ફ્રેલાં માંલાં : વાસું બાંદ્રાં
શ્રી બાંદ્રાં ઓં : રાધાં તાંત્રાં
સાંદ્રાં તાંપ્રાં : હુસ્તાં લાલ
C એલાં હશે કાંદું : રાધાં તાંત્રાં
નીરાદું બળો હશે કિંદું : હુસ્તાં લગ્ન
કંદાલ હા : રાધાં તાંત્રાં માનું હુબાદ
લુંદું કલાલ હશે નાચું ખુલ્ફું દુસ
સાલાં હું બળૈ : ખુદું સાંદ્રાં

38. Venit ad eum puer cui spiritus immundus vultum percusserat; et contortus erat umerus eius (2). Huic plurimae (et) magnae facultates erant; atque magnam partem fortunarum suarum medicis dederat, neque (ab iis) quidquam adiutus fuerat. Exposuit igitur sancto in qua condicione esset. Sanctus aquam sibi iussit F afferi; quam surgens benedixit. Tum dixit illi: « Surge et (aqua ista) te lini, in nomine domini nostri Iesu Christi. » Fecit ille quod iussus erat: vultum suum illevit; et sanus factus est quasi nihil incommodi passus esset. Itaque Deo grates laudesque egit.

² prius |moʒ ; ³ a addit. infra lin. — ³ (ʃmo-ə) prius : |moʒ |moʒ ə — ⁴prius : əLə — ⁵prius : əLə

38. — ¹ ♂♂♂♂ ; man. rec. in margine : ♂♂♂♂.
— ² prius : ♂♂♂♂ (?)

(1) Locus nobis ignoratius. — (2) Cf. *Vita S. Symeonis*, § 37: de pueru qui stranguria laborabat, BEDJAN, p. 535. Praeterquam in morbi natura, ambo Miracula in omnibus fere convenient.

—(3) Cf. *Vita S. Symeonis senioris*, § 48, BEDJAN, p. 539-40. Vide etiam *Vitam a. Antonio*, § 20 (*Ἀρτίοχος ἀσημαγότης*), LIETZMANN, p. 48-55. P totam narrationem paucis versiculis absolvit.

(1) Locus nobis ignoratius. — (2) Cf. *Vita S. Symeonis*, § 37: de pueru qui stranguria laborabat, BEDJAN, p. 535. Praeterquam in morbi natura, ambo Miracula in omnibus fere convenient.

—(3) Cf. *Vita S. Symeonis senioris*, § 48, BEDJAN, p. 539-40. Vide etiam *Vitam a. Antonio*, § 20 (*Ἀρτίοχος ἀσημαγότης*), LIETZMANN, p. 48-55. P totam narrationem paucis versiculis absolvit.

VITA

(1) Cf. *Vita S. Symeonis*, § 59, BEDJAN, p. 59-60. — (2) Cf. *Vita Barsaumiae*, § 15, NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, t. XVIII, p. 380. — (3) *Hoc ipso tempore instigavit Satanus regem*

*paganum nomine Domitianum, qui persecutio-
nem commovit adversus christianos P; cf. infra,
§§ 57, 59. — (4) Verbum e verbo : persequentis,
ubi numerus cum sequentibus non congruit.*

אַבְרָהָם

D

*Eius ob-
servantia
quadrage-
simalis.*

40. Sanctus autem ex quo se Deo consecraverat nullam sibi cessationem indulxit; neque in ieiunando defecit neque precationem intermisit. Singulis (annis) per ieiunium quadragesimale aspectu hominum sibi solebat interdicere (1) et ne discipulos quidem suos umquam conveniebat; sed, iis relictis, per montes vagabatur, et sicubi antrum quoddam aut specu aut cavernam reperiebat, illic incolebat usque ad dominicam magnam Resurrectionis (2). Tunc ad illos redux eos adhortabatur ac fovebat, discipulosque suos in omnibus doctrinis vitalibus instituebat.

E

41. *Interea, dum hanc viam ducit, et in praecellaris illis observantibus vitam dicit, prodit aduersus ecclesiam Dei insectator (3). Et ubicumque reperiebatur christianus, is aut repudiata fide sua, per sequentium (4) sacra se colere profitebatur et eorum superstitioni ac religioni assentiebat, aut multiplici cruciatuum genere et varietate necabatur, adeo ut in terra non superesset unus ex mille christianis, et humano sanguine magis quam aqua terra maderet. Moriebantur homines ex omni aetatis varietate; neque lactentibus infantulis parcebatur, qui in gremio matris a morte tuti non erant, cum parentes eorum fidem prodere renuerent quam profitebantur. Hominibus quam plurimis contigit martyrium; et complures martyres Deo martyrium ediderunt illa tempestate. Dum haec in regione peraguntur, die quodam cum persecutor diis suis supplicationem et sacrificium ageret, perlata est ad eum fama huius sancti, his verbis: «Est in hoc monte homo quidam fortissimus unus et fide perquam illustris, cui discipulorum adest manus non parva. Is Christi praeco est et crucis fidem profitetur». Impius ille, cum de domino*

Martyriano inaudiisset, dentibus frenduit, et quasi leo irriguit. Locum rescivit ubi (sanctus) habitabat, et ad eum cursores misit; quibus graviter praecepit et commendavit ut seipsum ei ne indicarent quidem. Illi extemplo profecti magnis itineribus pervenerunt ad locum ubi sanctus erat. Ut autem ad huius sedes pervenerunt, deliberarunt quomodo eum interficerent. Interea sanctus genibus flexis coram Domino precationem faciens et in se et in mundum Dei misericordiam invocabat. Iam illi ingruerant ut ad eum accederent, cum insigni terribilique portento videre sibi visi sunt hominem, qui totus igneus erat et radios igneos in omnes partes diffundebat, et (alios) viros bellatores fortissimos qui illum confirmabant, et porrecta illi manu, animos ei addebant dicentes: «Fortis esto in agone tuo et magno animo consurge ad certamen tuum; nec te pigate adversarii tui. Ecce enim confirmator servatorque tuis tibi adest; regem vero illum cum proceribus eius et dominatore huius mundi ne timueris.» Et audire sibi visi sunt (1) vocem magnam et validam, dicentem: «Fortis esto, domine Martyriane; fortis esto et noli timere.» Illi autem hoc visum prodigiumque conspicati, in faciem proni corruerunt, et in hanc partem ubi erat sanctus respicere non poterant; et per horam circiter unam humi strati fuerunt vultus eorum. Tunc quasi a somno expergefacti, ne verbum quidem ad (sanctum) proferre potuerunt (2). Et converso itinere ad persecutorem abierunt, cui rettulerunt omnia quae contigerant. Is ingenti pavore correptus tremere coepit et trepidare, auditis iis quae evenerant. Itaque ab incepto desistens, (sanctum) neglexit neque amplius ad eum animum convertit. Ipse autem martyr a Deo confirmatus summa cum fortitudine in agone constituit, neque ullo timore vel angore affectus est; sed renidebat vultus eius, laetabatur mens et exsultabat spiritus eius. Et Deum laudabat his verbis: «Audi, Domine, preces servi tui, quamquam peccator sum, quia in te speravim animus meus, et ne avertas faciem tuam a me.»

VITA
*in eum
missi
satellites*

E

*miraculo-
arcentur.*

Psalm.
56, 2;
26, 9.

(1) *Textus : et auditivit (sanctus) quasi.* — (2) *Addit P: accessit ad eos sanctus, eos erexit et interrogoavit: « Quid nullus? » Dixere*

*Hieroso-
lyma
projectus.*

Matth.
6, 14.

Matth.
26, 46

*n pardum
in rupem
mutat.*

Matth.
26, 46

^{42.} — ¹ prius : Δ_{dum} : ² surpa lin. add. manus poster. — ² ϑ_{dum} . — ³ μ_{dum} .

(1) Cf. *Vitam Aaronis Sarugensis*, § 8, ed. F. NAU, *Patrologia orientalis*, t. V, p. 707; *Vitam Barsaumae*, §§ 2, 25, 51-61, *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 2, t. VIII, pp. 273, 382 et t. IX, p. 113-20. — (2) Reliquam sancti orationem omittit P.— (3) quia somno gravata erant P, qui hic narrationem abrupmit. — (4) Inter euenobias provincias Arabiae exstabat iam saeculo VII vel VI مَدِينَةُ الْمَوْلَى Mus. Britann. cod. Add. 14 602, WRIGHT, *Catalogue*, p. 710; cf. Comm. praev. supra, p. 434, annot. 5. Cum illa mentione confutat Nöldeke nomina locorum non minus quattuor ex eadem regione, quae arabice dicuntur مَرْجَ وَالْمَارْدَلِيَّةُ، *pardalis*، aut hodiernum vocabulum duxerunt syriaco nemrā، *pardus*. Zur Topographie und Geschichte des Damaskenischen Gebietes und der Haurdingegend, in Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft, t. XXIX (1875), p. 437. Praecipu nota

est ex Onomastico Eusebii (in voce *Nimāgā*) *Nauagā* κάμη μεγίστη ἐν τῇ *Batavalā*; ed. Erich KLOSTERMANN, *Eusebius Werke*, t. III, 1 (Leipzig, 1904), p. 138; cf. HIERONYMUS ad locum: ... *vici grandis Namara in regione Batanaea*, KLOSTERMANN, ibid., p. 139. In hoc vico, qui hodie appellatur *Nimra*, praeter alias inscriptions, repertus est titulus in quo legitur gentilicium *Nauagājōia*. LEVAS-WADDINGTON, № 2176. Fuit etiam in confinium Batanaeae et Auranitidis, vicus alius nomine *Nauqā*, hodie *Namara*, in quo stationem olim habuit decuria legionis quae Bosrae collocata erat. WADDINGTON, № 2264-2285. Sed opportune memorat Nöldeke ab eadem radice non pauca locorum nomina in aliis etiam regionibus ducta fuisse (l. c., annot. 3). In quibusnam igitur montibus querendus sit lapis qui ab hagiographo videtur hic significari, plane incertum est.

וְמִתְבָּאֵבָה : כַּאֲשֶׁר בְּאֶתְנָחָה
בְּאֶתְנָחָה, וְמִתְבָּאֵבָה, נָזֹל.

43. Sanctus hanc sibi regulam praestiterat, ut
toto itineris decursu nihil omnino gustaret praec-
ter herbulas (1) quas ex agris viisque colligebat;
nisi longa insuper ieunia protrahebat. Fuitque
cum a decimo (2) iam die nihil gustasset praeter
aquaes paululum, quam sumebat ad corporis sui
sustentationem. Dixerunt autem ei discipuli eius:
« Magister, parce tibimet ipsi. Nempe iter tam
longum est, tam ingens molestia pedibus eundi
tota die, tam immodaie ieunandi perpetuitas,
tanta orandi assiduitas haec numquam intermis-
sa: veremur ne vires te deficiant et ab incepto
tibi desistendum sit. » Dixit illis: « Dominum,
in quo reposita est anima et mens nostra, virtu-
tatem nobis daturum esse confido. » Et intue-
bantur eum, aspectum mirantes eius vultus, qui E
solis instar fulgebat. In labore huius itineris for-
tem se praestitit. Gaudebat, exultabat, illos
exhortabatur; et quotiescumque aliquis eorum
itinere exhaustus deficiebat, hunc dorso suo im-
positum baiulabat fovebatque donec a fatiga-
tione recreatus erat.

44. Die quodam dum iter faciunt, eo loco qui Praedium turma
 dicitur Caverna Aegyptiorum (3), inciderunt in
 eos latrones, numero circiter triginta octo, iu-
 mentis vecti impetu levioribus (4) quam volucres
 caeli hastisque longis armati. Horum ut ex
 improviso (5) unguilarum strepitus, hinnitusque
 et fremitus (6) retro post (sanctos) sonissent,
 omnes conversi illos conspicerunt, et in hanc F
 vocem proruperunt: « Magister, mors adve-
 nit. » Respondit autem sanctus iisque dixit:
 « Spem habemus a Christo nos non derelictum
 iri. » Et illos respicentes sanctus manus suas
 in caelum expandit, lacrimisque perfusus Domini-
 num precatus est his verbis: « Salvum me fac,
 Deus, quoniam aquae pervenerunt usque ad
 Psalm. 68, 2.

4 10-2

43. — ¹ حَمْنَة P. — ² حَمْنَةٌ. — ³ prius : | حَمْنَةٌ.
— ⁴ (حَمْنَةٌ) وَاسْمَهُ حَمْنَةٌ. — ⁵ حَمْنَةٌ.

(1) Glossema ambriguum; P: radices. — (2) Textus: *diem et decem*. — (3) Locus nobis incognitus, qui Hierosolymis admodum procul abesse non poterat. Forsitan pro *لِهَوْنَ*? *لِهَوْنَ* legendum sit: *لِهَوْنَ* *الْمَسْكُونَةُ*, *spelunca Nazarenorum*. Prope Engadi, inter septentrionem et occidentem, iuxta viam antiquam hodieque ostenduntur speluncae, quarum una nomine habet magārat nāṣrāniye (*an-nāṣrāniye?*), spelunca Nazarena (vel Nazarenorum). F. BÜHL, *Geogra-*

*In itinere
ieiunium
non inter-
mittit.*

43. Sanctus hanc sibi regulam praestituerat, ut
toto itineris decursu nihil omnino gustaret praet-
er herbulas (1) quas ex agris viisque colligebat;
nisi longa insuper ieiunia protrahebat. Fuitque
cum a decimo (2) iam die nihil gustasset praeter
aquaes paululum, quam sumebat ad corporis sui
sustentationem. Dixerunt autem ei discipuli eius:
« Magister, parce tibimet ipi. Nempe iter tam
longum est, tam ingens molestia pedibus eundi
tota die, tam immodica ieiunandi perpetuitas,
tanta orandi assiduitas haec numquam intermis-
sa: veremur ne vires te deficiant et ab incepto
tibi desistendum sit. » Dixit illis: « Dominum,
in quo reposita est anima et mens nostra, vir-
tutem nobis daturum esse confido. » Et intue-
bantur eum, aspectum mirantes eius vultus, qui E
solis instar fulgebat. In labore huius itineris for-
tem se praestitit. Gaudebat, exsultabat, illos
exhortabatur; et quotiescumque aliquis eorum
itinere exhaustus deficiebat, hunc dorso suo im-
positum baulabat fovebatque donec a fatiga-
tione recreatus erat.

44. Die quodam dum iter faciunt, eo loco qui Praedonum turma dicitur Caverna Aegyptiorum (3), inciderunt in eos latrones, numero circiter triginta octo, iumentis vecti impetu levioribus (4) quam volucres caeli hastisque longis armati. Horum ut ex improviso (5) ungularum strepitus, hinnitusque et fremitus (6) retro post (sanctos) sonuisserent, omnes conversi illos conspicerunt, et in hanc F vocem proruperunt: « Magister, mors advenit. » Respondit autem sanctus iisque dixit: « Spem habemus a Christo nos non derelictum iri. » Et illos respiciens sanctus manus suas in caelum expandit, lacrimisque perfusus Dominum precatus est his verbis: « Salvum me fac, Deus, quoniam aquae pervenerunt usque ad Psalm. 68, 2.

Psalm.
68, 2.

44. —¹ (بـ ٥٥٥ - مـ ٥٥٥) om. P. —² (مـ ٥٥٥)

『五』『六』『七』『八』『九』『十』

phie des alten Palästina (Freiburg i. B., 1896), p. 97. In Moabitie, prope oppidum Petram exstat etiam sepulcrum in rupe excisum, quod vocant *mögäral an-našärä*, „speluncam Nazarenorum“, i. e. christianorum. R. E. BRÜNNOW et A. V. DOMASZEWSKI, *Die Provinz Arabia* (Strassburg, 1904), p. 369. — (4) Textus: *inclusus levius*. — (5) Ad verbum: *si fieri poterat*; quod nisi corrigendum est, syllensi quadam dictum videtur de re quea fieri posse non crederetur. — (6) Textus: *euiantes*.

VITA

animam (meam). » Et coruscavit in illos fulgor igneum, quod ex iis combussit homines circiter viginti unupi (1) cum iumentis eorum. Et in cinerem minutum redacti sunt. Qui autem existis evaserant sine... (2).

*fulmine
dissolvi-
tur.*

45. ... vultum hominis prorsus non aspiciebat. Et flagitarunt eum discipuli eius eique dixerunt : « Pater, si tibi libuerit, Dominum nostrum precare pro hac anima misera (3), quae male mulcata est, ut Deus ei salutem et liberationem concedat a diaboli vexatione, qui eam sic excruciat. » Dixit illis : « Surgite, Deum pro illa preceremur, qui eam invabit (4). Et ad precanum constituit. Totam (ipse cum discipulis) in obsecrando Deo noctem duxerunt. Postridie mane, illam coram iis adductam deposuerunt, cum interea vociferaret eiulareque : « Vae mihi, vae mihi tua causa, domine Martyriane, propriae senectutis edax, Mariae filii discipule ! » Martyr autem ad eam accedens ei dixit : « In nomine domini nostri Iesu Christi, filii Dei filiique Mariae, prohibeo tibi ne animam hanc pretiosam amplius crucies ; qua relictâ (te iubeo) in terras aridas et umore carentes recedere, ubi ad finem usque (mundi) cruciaberis. » Et continuo vociferari eiulareque coepit puella et manibus dolorem suum ei significare. Et ex ea egressus est daemon qui eam vexabat. Illa sanctum intuita, vultum suum occultavit, et surrexit mentis suae compos et decoro pudore correpta. Et qui eam viderant, Deo gloriam dederunt. Huius porro pater magnam vim argenti attulit, quam sancto donaret. Is autem ab illo nihil prorsus, ne buccellam quidem panis accipere voluit.

*Martyria-
nus e
puella
daemonicaca*

46. Et surgentes Hierosolyma pervenerunt. *Sacra loca*
(Urbem) ingressi in ea Dominum adorarunt. *veneratus,*

لِوْلَهْ (lege : ٦٥٠٦). Vide infra § 56.
 ٤٥. — ^١ مَدْعُومٌ ; — ^٢ اَدْدِيٌّ addit. man. poster.
 supra lin. — ^٣ مَادَ ; — ^٤ (مَدْعُومٌ) اَدْدِيٌّ مَادِيٌّ.
 — ^٥ مَدْعُومٌ ; — ^٦ prius : مَادِيٌّ ; correx. man.
 poster. — ^٧ مَدْعُومٍ.

(1) viginti quinque P. — (2) Hic deest
folium in B; P sic perficit: reliqui humi cor-
ruerunt quasi mortui. Sanctus autem eorum
misertus ad eos accessit, eos erexit et ad dis-
cipulos suos reverentes bono animo hos esse
iussit. Sic igitur iter faciebat, tanta per eum
gloria nomini domini nostri Iesu Christi acce-

dente, ut ipsi daemones ab eius conspectu auferent eiulantes. Ut autem Hierosolyma perverterunt... Vide infra, num. 46. — (3) E consequentibus intellegitur hic sermonem esse de puerula quadam daemonicâ. Narrationem omittit P. — (4) Perperam B: *el (sanctus) iuvit eum sic: verbum et verbo: dedit illi manum*

A : ﺥُبَّرْلَهْمَدْ نَبِّرْلَهْمَدْ : لَبِرْلَهْمَدْ ﺥُبَّرْلَهْمَدْ
اَدَدْ : لَبِرْلَهْمَدْ نَبِّرْلَهْمَدْ اَدَدْ : اَدَدْ لَبِرْلَهْمَدْ
خَلَفَلَهْمَدْ مَهْلَهْمَدْ اَتِنْ نَهَمْ : اَتِنْ اَدَدْ اَتِنْ
اَخَدَدْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
B : اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ

omnia adiverunt quae Christi pedes attigerant ;
Bethleem, Iordanem et locum ubi crucifixus est,
et sepulcrum. Quomcumque autem adveniebat
(sanctus), genuflexus precabatur, et de pulvere
loci accipiens in oculos suos inducebat. Inde
egressus ad montem Sinaï (1) perrexit ; ubi
mansit per multos dies, a laboribus suis nihil ad-
modum remittens neque ab oratione cessans aut
ieiunio. Neque ullum diem vel horam traduce-
bat in quo non aliquod pietatis specimen exhibe-
ret, Dei famulatum respiciens in eoque lae-
tans. Et adorabat, confitebatur laudabatque
Deum. Tum de monte descendit et Hierosolyma
revertit, ubi festum egit Hosannorum et Passio-
nis Servatoris. Ibi etiam et sanctum pascha par-
ticipavit. In die autem Resurrectionis cibum
potumque sumpsit et ieiunium suum solvit.
Mansit porro Hierosolymis usque ad elapsam
Pentecosten. Tum surrexit, domum revertit, E
ieiuniusque redditus iter confecit.

VITA

اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
C : اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ
اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ اَتِنْ

47. Cum autem per collem quandam pertran-
siret, (divina) gratia illustratus est, arrectisque
oculis parietem rupis inspexit, quae procul sta-
bat, et in ea speluncam vidit. Itaque ex itinere
declinavit. Dixerunt ei qui eum comitabantur :
« Pater, quo vadis ? » Dixit iis : « Gratia nos vocavit,
ad perficiendum opus quo mercedem nobis com-
paremus. Venite, eamus. » Illi eum per invia se-
cuti sunt (2). Ipse autem sanctus nudis pedibus
ibat, sine calceis, crebro offendebat et omnes
pedum eius digiti ulceribus affecti erant, unde
cruor et pus diffluebant (3). Ipse nihil admodum
iis parcebat, sed eos respiciens dicere solebat :
« O pulchri rami, a Christo infixi in hanc arborem
quam plantavit ; nullam vestra causa mercedem F
a Deo merebimur, si curabitur ut avellamini ex
istis membris in quibus infixi estis. Decorem
perenrem induetis in die illa magna, cum inno-
vabuntur corpora omnia quae in terra consumpta
sunt. » Et vim lacrimarum profundebat ex dolore
quem sibi sit ipse inferebat ; neque tamen re-
missione animi ullo pacto se attingi patiebatur.
Sed remunerazione se ipsum confirmabat quam
a Christo se accepturum sperabat. Et in hunc
modum dies aetatis sua decurrebat.

dum revertitur,

arduo
itinere,

46. — ¹ سَقَمْهْمَدْ — ² فَطَهَمْهَدْ B ; حَدِّيْلَهْمَدْ — ³ قَهَّفْهَمْهَدْ P.

47. — ¹ Supplevim. e contextu. — ² اَتِنْ اَتِنْ
P. — ³ ante حَدِّيْلَهْمَدْ، حَذِّيْلَهْمَدْ — ⁴ حَدِّيْلَهْمَدْ

(1) Iter ad montem Sinaï omittit P. — (2) Illi
autem conticuerunt eumque secuti sunt P. —

(3) Reliqua omittit P usque ad § 48.

VITA

D. **విషయాల ప్రశ్నల విభజన కుటుంబముల ప్రశ్నల విభజన**

ಸಂಪನ್ಮೂಲ

48. Ut autem ad rupem illi pervenerunt, speluncam in ea conspicerunt cuius ostium patet (1). Ascendit (sanctus) et constitit ad illius ianuam, quae similis erat fragmento lapidis magni. Hanc igitur lapide pulsavit, sed nullum ei responsum redditum est. Iterum inclamavit; neque ullus fuit qui ei responderet. Tertium igitur verba fecit dominus Martyrianus, et dixit: « Si homo Dei es tu, qui intus es, adiuro te per Christi passionem, ut mihi ostendas vultum tuum. » Tunc ei respondens ille exiit ut ei aperiret. Et mutuo se intuitti sunt ille quidem ex interiore (spelunca), iste forinsecus. Dominus autem Martyrianus, ut illum vidit, coram eo se prostravit. Et ad eum ingressus est (2), atque inter se sibi benedixerunt. Salute in vicem data, dominus Martyrianus speluncam circumspexit, aliquid in ea oculis requirens; neque ibi quidquam vidit, praeter corii laciniam; quod admiratione eum affecit non mediocri. Et perspexit eum senem decorum, qui nullum aliud vestimentum gerebat, praeter crines comeae sueae, barbam et villos quibus corpus eius contebatur. Qui sanctus exorsus est in haec verba: « Pater, quis te hoc adduxit? Et unde nosti me hic esse? » Dixit ei dominus Martyrianus: « Hierosolymis advenimus, et divina gratia nos ad te perduxit, ut orationum tuarum participes essemus. » Dixit ei sanctus: « Immo etiam tuum ipsius vivendi genus mihi sublime videtur et opera tua excelsa: tu quippe, sanctus Domini es. Ad hominem peccatorem, qualis ego sum, quomodo te perduxit Christus? Pater, num revera stant Hierosolyma? » Dixit ei dominus Martyrianus: « Profecto, domine. » Dixit ei: « Statne et mundus? » Dixit ei: « Utique, domine. » Dixit ei sanctus: « Stantne ecclesiae et altaria? » Dixit ei: « Utique, domine. » Dixit ei sanctus: « Suntne hodie fideles in mundo? » Dixit ei: « Utique, domine. » Dixit ei dominus Martyrianus: « Pater, quorum de rebus eius modi interrogas, cum sis sanctus Dei? A quanto iam tempore mundum reliquisti? » Ille autem sanctus illacrimans dixit: « Vae mihi, quandoquidem homines me sanctum Dei appellant, qui peccator sum. » Rursus eum interrogavit dominus Martyrianus: « Quantum tibi tempus est ex quo mundum valere iussisti? » Respondit sanctus et dixit: « Ecce iam a septuaginta octo annis vultum humanum non aspexi. »

48. — ¹ 012090. — ² 022.

(1) Cum sequenti narratiuncula (§ 48-49) praeter notissimam Vitam Pauli Thebaei a. Hieronymo (*BHL*. 6596; cf. *BHG*. 1466-1470, *BHO*. 909-915), conferri possunt Vita S. Onuphrii *BHG*. 1378-1381, *BHO*. 818-822, et S. Marci Atheniensis *BHG*. 1039-1041, sive Marci Tarmakan *BHO*. 605-606. Simile quoddam figmen-

tum legitur etiam in Vita S. Abraham Kaškarensis, ed. F. NAU, *Revue de l'Orient chrétien*, sér. 3, t. I (1918-1919), p. 161-66. Profecto mirificae illiae inventiones abditorum hominum trita cantilena sunt in itineribus vero aut fictis peregrinatorum orientalium. P. totam narrationem stilo breviori retractavit. — (2) Textus : *ingressi sunt.*

Et illacrimans sanctus dixit domino Martyriano : « Mecum precare Dominum ut animum servi tui excipiat in pace. » Et consurgentes precari coeperunt ambo genuaque flexerunt.

VITA

49. Porro dominus Martyrianus ex humo (in pedes) se erexit. Sanctum vidit flexis genibus dum morantem. Itaque ad eum accedens ei dixit : « Pater, surge inde. » Sed in eo nullus iam erat spiritus neque vitae animula. Iterum, interposita mora, eum vocavit neque responsum ab eo tulit. Tunc intellexit dominus Martyrianus illum revera sopore mortis obdormivisse, et ad vocavit comites suos ; qui advenientes illum apprehenderunt et mortui faciem composuerunt. Beatus eum consideravit lacrimans eumque osculatus per amaner complexus est, et dixit : « Dominus qui nos vocavit ad sepelendum te, idem nos tui consortes faciet in die qua mercedem tibi retribuet. » Porro ferreum illis nullum (instrumentum) erat, quo tumulum ei foderebant. Itaque surgentes reverenter eum sepelirebant. Dominus Martyrianus detracto sibi pallio quod gerebat, sancti corpus involvit; quod elatum deposuerunt in spelunca et huius ostium lapide illo clauerunt. Remanserunt porro ibi tribus diebus ; elapsoque triduo, accesserunt ad ostium speluncae ; benedictionem ab eo perceperunt, et illinc descenderunt Dei laudem praedicantes.

*et a
Martyriano
componi-
tur.*

E

Anachore-
tis Sce-
tenibue

silentii

50. Inde digressi ad vastitatem Scete abi-
runt (1); ubi (sanctus) annos septem egit, con-
versans cum solitariis qui eam incolebant (2), et
eorum aemulans labores, studebatque ut eorum
vitae excellentiam surriperet. Fecit igitur illuc sibi
cellam quae per angusta erat; et in ore sibi po-
suit levem lapillum, ut ne (3) loqueretur cum
homine; precatione autem sua tacite in animo
fungebatur, quandoquidem convertendae linguae
in ore suo facultatem sibi prorsus ademeret. Hoc
igitur lapide linguam in ore suo obstrictam ser-
vavit per dies quingentos septuaginta quinque;
cum interea negue omnino cum ullo hominum

2 Vols.

49. —¹ ~~xxx~~, —² ~~xx~~

50. — ¹ Lege: ~~ad~~. — ² addit. man. recent.

(1) Hic videtur hagiographus prae oculis habuisse Vitam S. Eugenii, *BHO*. 120-121, vel aliquam

e tot fabulis in quas errabundi monachi inducuntur.—(2) P reliqua omittit.—(3) Text.: *quasi non.*

VITA

51. Deinde postea consurgens inde migravit, *ieiunus*, neque cibariorum quidquam secum assumpsit; at contra sibi ieiunium indixit. Cum autem per collem quandam pertransiret, speluncam in eo conspexit, ad quam declinavit. In hac speluna erat solitarius quidam; itaque (sanctus) ingressus est ut ab isto benediceretur. Solitarius autem, qui tunc cibum sumebat, obviam ei assurrexit. Et sibi alter alteri benedixerunt. Tunc considentes una oblectati sunt (1). Et consurgentis (sanctus cum suis) inde digressi sunt. Dum iter faciunt incidentur in fontem quandam aquae. Accessit aliquis eorum et in genua proculuit ut biberet; at sanctus hoc ei concedere noluit, eumque retrahens ei dixit: « Fili, nefas est solvere ieiunium quod ultra et sponte nobis indiximus. » Respondit ille et dixit eis: « Pater, nonne ante horam solutum (iam) fuit ieiunium omnium nostrum? » Dixit illi: « Non fuit, fili, sed caritatis causa edimus. » Neque toto tempore huius ieiunii quod sibi indixerat, eodem loco manere voluit, sed cottidie in aliam regionem migrans, ne uno quidem momento sibi requietem indulgebat.

52. Ut autem sui ieiunii dies exegit, venit (ipse cum suis) ad collem quandam ad ripam Euphratis fluvii (2), ubi per multum tempus habitavit. Et quoniam in vicinia homines habitabant, eius fama inter eos spargi coepit. Itaque ad eum ventitate cooperunt, ut a quo morborum aegritudinumque suarum levationem aciperent. Sanctus porro nemini ex illis negabat quod Deus in eius potestate posuerat. Venit igitur ad eum homo quidam ex Armeniis (3), amplissimum habens secum comitatum. Hic singulari dignitate et gratia fruebatur apud Armenios, quippe qui legatus esset regis Armeniae. Repente malevolentia diaboli perculsus est. Exaruit latus eius dextrum, os eius distortum est et (alter) eius oculus obstructus est. Novem annos in his cruciatibus transegerat, cum in alterum latus convertere aut quidquam cibi capere omnino non posset. Habebat porro secum turbam sequenti. — (2) Vide Comm. praev. num. 6, supra, p. 434-35. — (3) Cf. *Vita S. Symeonis senioris*, § 68, BEDJAN, t. IV, p. 557-59. P paucioribus verbis eadem referit.

loqueretur neque sui alloquendi cuiquam potestatem faceret; adeo ut viri perfecti qui illic erant eius opera mirarentur.

mirum exemplum edit.

E

arduo itinere,

ad Euphraten peruenit.

F

Nobilem Armenium

apoplectum

* addit. man. rec. supra lin.

(1) Hactenus P, resectis aliquot sententiis; reliqua prorsus omittit. Insulsa narratiuncula, qualis hic legitur, aut multa estat potius incalide composita fuit ad introducendum oraculum, quod effatur Martyrianus in narratione proxime

multam comitatumque amplissimum; qui eum elatum deposuerunt coram domino Martyriano. Beatus ad eos verba convertens dixit: « Numquid decet donum Dei a nobis pretio venundari? Nonne audiistis quid nos docuerit Christus: Gratis accepistis, gratis date? » Et accessit Matth.10,8. ad illum dominus Martyrianus. Tunc sanctus, arrectis in caelum oculis, Dominum precari coepit his verbis: « Domine, qui venisti ut genus nostrum ab eius aegritudinibus et noxis inimici recreares, eia tu, ingenti misericordia tua, salvam fac et incolumem hanc animam ex maligni violentia graviter laborantem. » Et aquam ei attulerunt; in qua venerandam crucem ter descripsit. (Qua) ille manibus accepta, totum suum corpus unxit. Tum sanctus eum his verbis affatus est: « Surge Dei virtute. » Et extemplo surrexit ille Deum confitens ac praedicans. Omnisque turba quae prodigium viderat per dominum Martyrianum a Deo vivo patratum exclamavit dicens: « Gloria Deo qui adeo mirabilis est in sanctis suis. » Manserunt isti apud (sanctum) duobus mensibus, per quos (homo) ille cum eo in oratione consistebat laudans et confitens eum, a quo ex infirmitatibus sui corporis liberatus fuerat. Tum converso itinere abiit in patriam suam, (ipse) et omnes qui cum eo erant. Et ubique dictabant: « Talis homo nostra aetate visus non est. »

sangat

E

salm. 67,
36.

50.

313

53. Rursus ad eum venit servus quidam regii praefecti (1), qui omnibus membris captus erat. Neque prae vehementia huius morbi ullus eum tangere vel ad eum appropinquare poterat. Hunc baiulantes attulerunt et coram eo deposuerunt. Quem affatus est his verbis : « Sancte Domini, Deum pro me invoca ut me iuvet ; nam profecto a te nullus discedam donec Dominus tuus suam misericordiam mihi adhibuerit. » Respondens dominus Martyrianus ei dixit : « Testor Deum misericordiam suam tibi adhibiturum esse. Age porro morbum tuum in eum illico revolvam qui hoc te affectit : is enim te curare potest. » Et consurgens sanctus precari coepit. Cum autem precatio nem suam per tres circiter horas prostratisset dixit : « Dominus noster Iesus Christus te curet a morbo quo oppressus es. » Et continuo surrexit aegrotus Deum confitens et praedicans, qui membra eius correxerat.

52. —¹ لَهُدْدَى. —² prius : ~~مُكَبِّرٌ~~; ¹ add. man. poster.

(1) *Vita S. Sumeonis*, § 64, BEDJAN, t. c., p. 552-53. Narrationem omittit P.

Novembris Tomus IV.

VITA මෙයි : මෙම වැනි ප්‍රධාන තුළ මෙයි මෙයි මෙයි මෙයි මෙයි

ପ୍ରକାଶକ ନାମ ମାତ୍ର ତାହାର ପଦିତ
ପାଠୀଙ୍କ ଲାଗିଛି : ଯାହା ମହିନା କିମ୍ବା
ମହିନାଟି ଏବାକୁ ପାଠୀଙ୍କ ପାଠୀଙ୍କ କାହାରୁ
କାହାରୁ ଲାଗିଥାଏ ? ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ କାହାରୁ
କାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ
କାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ
କାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ
କାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ : ଯାହାରୁ

בְּשָׁמֶן אֲבָדֵת תַּחַזְקִין בְּלֹס אַבְּדָה
אַבְּדָה לְמַלְכָּה לְמַלְכָּה אַבְּדָה :
אַבְּדָה מְנֻסָּה אַבְּדָה :
אַבְּדָה לְמַלְכָּה לְמַלְכָּה אַבְּדָה :

(1) *Vita S. Symeonis*, § 65, BEDJAN, p.554-55
(cf. § 109, ibid., p. 611-14). — (2) Textus hoc
loco depravatus est; vide syriaca. — (3) Hoc
miraculum, cuius proprium exemplar nos fugit,

54. Alio tempore in tota regione illa tanta fuit pluviarum angustia ut omnia propemodum interitura essent(1). Adierunt igitur ad illum incolae regionis et petierunt ut pro se supplicationem ad Deum haberet cumque pro regione ac huius incolis deprecaretur; qui prope ad desperationem redacti erant. Respondit et dixit iis: « Si animo sincero Deo paenitentiam offerre vultis (2), ipse equidem sponsor et patronus ero paenitentiae vestrae, et curabo ut preces vestrae exaudiantur. » Dixerunt illi: « Etiam, Domine; ad hoc parati sumus. » Dixit iis: « Ite; ieunium Deo votave; vigilias agite et sacrificia offerte. » Abierunt illi, et quae ab eo iussi erant perfecerunt. Dominus autem in terram misericordiam suam effudit. Confluxerunt nubes ex omnibus partibus. Saturata est terra et colles, palmae et pecora quoque regionis. Laetificata terra fructus dedit tricenos pro uno; atque gavisi et laetati sunt omnes incolae orbis terrarum. Ederunt universi pauperes et satiati sunt; habitarunt in summa pace et Deo laudes egerunt.

፲፭ ዘመን በፌዴራል ስለፈ የሚከተሉ የፌዴራል ነው፡፡

55. Rursus ad eum adduxerunt puerum, qui
membris captus fuerat ex utero matris suae (3),
quem elatum coram eo deposuerunt. Ille arrectis
in caelum oculis dixit: « Domine Deus, medere
huic servo tuo. » Cum autem precationem suam
absolvisset, dixit illi: « Surge, divinae virtutis
ope. » Et continuo ille surrexit, laudibus prose-
quens (4) medicum caelestem, qui gratis daret
neque mercedem acciperet; et comites eius,
cum eum sanatum vidissent, laudes illius praed-
icarunt qui eius corpus redintegraverat. Et
converso itinere abierunt in terram suam.

56. Deinde vero cum animum collegisset, intellectus prope adesse diem in quo coronandus esset (5). Itaque discipulos suos convocabavit, ad quos hunc sermonem exorsus est: «Fili, non multo tempore manebo vobiscum, antequam

— 3 میں وہ مدد کرے گا۔ — 4 مدد کرے گا۔
 56. — 1 اور 2 مدد کرے گا۔ 3 مدد کرے گا۔ 4 مدد کرے گا۔ P.

deest in P.—(4) *Textus : prosequentes.*—(5) *Cum autem in eo multifariam inclaruisset efficacitas prodigiorum et vis curationum eius, nec opinato cognovit diem finis sui P.*

proficiscor ad eum quem exspectat anima mea: VITA
et enim vocat me ut me recreet ex isto agone
discipulis
quem tolero. Agite vero, fortiter consistite in novissima
certaminibus vestris, ne vos illudat Satanus aut verba
pelliciat aliqua e fraudibus suis. Perseverate in edicit.
mutua dilectione; martyrii coronam mox ac-
cepturi estis. Nihil possederitis in terra sicut. Ioh. 7, 33.
Christus mihi vobisque praecepit. Constantes
estote in ieiunio, oratione vigiliisque nocturnis.
Fiducia vestra in Christo posita sit, ad quem mo-
do abituri estis. » Et respiciens eos illacrimatus
est; et omnes lacrimari coepert. Dixit illis:
« Filii, ne feveritis; quin immo gaudete in Do- Phil. 4, 4.
mino. Non in hunc mundum nobis comparare
gestimus viaticum salutis sed in mundum illum,
qui neque transiturus est neque periturus. »

E

57. Hoc ipso tempore persecutor prodiit qui A *tyranno*
insectabatur ecclesias Dei, adeo ut ne unus qui-
dem christianus superasset qui ad Christi (legem)
se gereret eumve profiteretur. Et ubicumque
adesse audiebat qui Christum confiteretur, de
eius sanguine bibebat, sanctosque variis crucia-
tibus interficere solebat. Is igitur cognovit in
loco illo exsistere hominem cui nostra actae
nemo par esset, eumque christianum esse. Ita-
que ad eum inquirendum cursores suos misit
numero circiter quinquaginta, homines sanguini-
arios, quibus praecepit ne illi nocerent, sed
caute illum custodirent, donec ad eum pvererent.
Quippe in mentem tyranni iniecerat diabolus
fieri posse ut (*sanctus*) Christum euiraret adeo-
que in istius regno honorem ab eo conseque-
retur. Illi igitur qui missi fuerant (1), abiérunt
sanctumque reppererunt stantem cum discipulis F
suis et orantem. Et prospicientes (2) viderunt
turbam magnam hominum numero circiter du-
centorum, quorum (aspectu) graviter commoti
sunt et perterriti. Sed p̄ae timore regis non po-
tuerunt quin eius mandata exsequerentur. Ita-
que ad illos placide accesserunt, et sermonem cum
iis exorsi eos interrogaverunt : « Ubinam est ma-
gister vester? » Illi autem nihil suspiciati existima-
verunt hos ad eum advenisse sicut solebant alii,
et quasi honoris cause eum illis ostenderunt. Qui
sanctum ab iis abripientes abiérunt.

*compre-
henditur.*

10

² ۱۰۵۵. — ^۳ prius : ۱۵۷ ; or addit. supra lin.
 ۵۷. — ^۴ ۱۰۵۵ ابیم‌امنی .— ^۳ ۱۰۵۵ وَوَهْ .— ^۱ ۱۰۵۵ وَهْ وَهْ .— ^۲ ۱۰۵۵ وَهْ وَهْ .

فختا و مخدا و ملائحة سقا، و مخدود و ملائحة احتما و مهددا.

(1) Eodem porro tempore concitavit Satanas persecutionem opera Domitiani regis infidelis qui sanctum prius iam impetraverat. Hic igitur cum de sancto inaudiisset, rursus ad eum insectandum

cursores misit quinquaginta numero. Qui, ut missi fuerant... P. Cf. supra, § 41, p. 456-57.—(2) Sequentia usque ad paenultimam sententiam omittit P.

D VITA ስለዚህ የሚከተሉት በቃል ነው፡፡ የሚከተሉት መሆኑን ስለመስጠት የሚከተሉት በቃል ነው፡፡

58. — ¹ ~~مَوْلَى~~. — ² fortasse legendum: ~~مَوْلَى~~.

(1) Cf. *Passionem S. Mamantis, syriace*, *BHO*. 589, *BEDJAN, Acta martyrum et sanctorum*, t. VI, p. 446-47. Ferarum lamentationem istam omittit P. — (2) Reliqua desunt in P.

58. Omnes autem flere et ciulare et lamentari coeperunt, sicut columbae innocentes. Animalia quoque plurima, quae prope illos erant aut in eorum vicinia habitabant, leones, ursi, cervi, pardi et alia aliis generis, quae cum sancto habitabant (1) et ab eo numquam discedebant, ululare coepérunt, ita ut rupes diffiderentur stridore vociferationum eorum. Discipuli autem (sancti) dominum Romanum compellarunt his verbis: « Eum sequearis oportet, pater, ut resciscas quid cum eo acturi sint. » Is igitur eorum voluntati obsecutus est (2). Discipuli autem illius flentes (aiebant): « Magister, magister, quo proficisceris et ubinam te reperiemus? O pater omnium nostrum, qui nos perditos collegisti. O baculum senectutis nostrae (et) administricum infirmitatis nostrae. » Dum autem illi dolore uruntur, et ex querelarum eorum maerore ipsa animalia quae illos comitabantur, ploratum edunt, terra et colles per quos (sanctus) gradiebatur fluctu contecti erant. Dicebant alter ad alterum « Quid acturi sumus? Ad quem configuiemus, et quis nos colliget? Utinam cum illo nos ad necem raperent; nam, eo sublato, vita nihil nobis est. Quo abituri sumus et ubi victuri? » Et multa dictabant maerorem atque aegritudinem significantia.

59. Ut igitur sanctus ad Domitianum (3) regem pervenit, coram eo productus fuit. Rex autem illum compellans dixit : « Unde es tu? » Sanctus seipsum cruce signavit, et dixit ei : « Peregrinus equidem sum. » Dixit illi : « Unde? » Respondit dominus Martyrianus et animose occurrit : « Ex illa terra e qua factum est genus humana num (4). » Dixit illi : « Et quod est nomen tuum? » Dixit illi : « Martyr et Christi servus. » Ille autem dixit ei : « Cuius te profiteris et quae confessio tua? » Dominus autem Martyrianus ei respondit : « Christianus sum ; Christum confiteor et in eius passione plurimum gaudeo. » Dixit ei Domitianus : « Surge, hostias offer diis ; Nazarenum istum eiura, atque curabo ut in regno nullus sit honorarius aut maior quam tu. » Dixit ei dominus Martyrianus : « Pudore afficiatur impius et universa secta eius. Ego vero quam Deo fidem professus sum, non deseram. » Index autem di-

— (3) Cf. supra, § 41, p. 436, annot. 3, et
Comm. praev. num. 3, p. 433. — (4) Supra, § 6,
p. 436. *P: e terra matre communi.*

ל : לְתַדֵּן מִנְחָה וְעֹלֶה. בָּשָׂר כְּבָשׂוֹת לְמַלְאָכָה : גָּדוֹלָה בְּתַדֵּן לְמַלְאָכָה ۵۵

١٥٣٦: بَلْ يَقُولُ لِلَّهِ مَالِكِ الْأَرْضِ
وَمَا أَنْتَ بِحَاجَةٍ إِلَيْنَا وَإِنَّا
نَحْنُ بِحَاجَةٍ إِلَيْكَ مُؤْمِنُونَ
أَنْ تَعْلَمَنَا بِمَا كُنَّا فِي أَنْفُسِنَا
وَلَا تُحَمِّلْنَا مَا لَمْ نَعْمَلْ
وَإِنَّا لَنَا مَا كُنَّا فِي
أَنْفُسِنَا وَلَا أَنْتَ بِحَاجَةٍ إِلَيْنَا
مُؤْمِنٌ بِمَا كُنَّا فِي أَنْفُسِنَا
أَنْ تَعْلَمَنَا بِمَا كُنَّا فِي أَنْفُسِنَا
وَلَا تُحَمِّلْنَا مَا لَمْ نَعْمَلْ
وَإِنَّا لَنَا مَا كُنَّا فِي أَنْفُسِنَا

xit illi : « Nisi consurgens sacrificaveris, adeoque nostra voluntatem executus deos nostros agnoveris, hodie tua causa obstupescent omnes qui neverunt te. Parce tibimet ipsi, ne in variis cruciatibus moriaris. » Sanctus autem illi respondit his verbis : « Dominus noster dixit : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem vobis omnino non possunt occidere. » Dixit ei persecutor : « Parce tibi, ne moriare. » Sanctus autem ei respondit : « Ad id parata est anima mea. Tibi diisque tuis manufactis male sit, qui neque oculis suis vident, neque auribus suis audiunt. » Impius autem iratus cum oculis intuitus, furenter increpavit ; et ministros suos omnia tormentorum genera iussit afferre, quibus eum necarent.

VITA
minas,
Matth. 10,
28.
Psalm. 113,
4-6.

VITA
minas,

'salm. 113,
4-6.

60. Itaque attulerunt ei cultros, quibus eos
iussit illius corpus concidere (1). Fecerunt igitur
quod iusserat. Sanctus autem corpori suo non
pepercit; neque in agone defecit. Iussu (regis)attulerunt ungulos ferreos, quibus eos corpus illius
lacerare iussit. Quod et fecerunt. Impius autem
(sancto) dixit: « Martyr, parce tibi Christumque
eiura.» Dominus Martyrianus ei respondit: « Christo
domino nostro despensata est anima mea;
hunc ego confiteor deosque tuos detestor. Huic
autem corpori perituro non parco, quod inibi
est ut induat immortalitatem.» Iussu (regis)
columnas (2) aeneas attulerunt, quas in ignem
coniecerunt, donec factae sunt tamquam prunae
ardentes; hisque illum verberare (3) cooperunt,
et quo quaeque loco impressa erat, tota illius F
caro diffluens ardescetabat (4). Sanctus vero ar-
rectis in caelum oculis dicebat: « Domine Iesu
Christe, propter quem morior, da mihi virtutem
haec preferendi.» Dixit illi impius: « Martyr,
parce tibimetipsi, diisque nostris sacrificia.» Ille
autem ei respondit: « Hydria puto propinqua
est, ad portum (accedit) navis, advenit tempus
quo erupta est gloria Domini. Tu vero, iudicium
profer, neque peperciris.»

1 Cor. 15,
53.

61. Huius igitur iussu, paxillos ferreos attu-

sunt. — (2) Rescribe cum P: *rutabula*, *vera*.
Profecto intellegendi sunt ὀβελίσκοι, ut in Pas-

sione *S. Orestis* a. METAPHRASTE, § 9, supra, p. 398. — (3) *confodere* P. — (4) *Sequentia omittit* P.

VITA

lerunt, quos in eius manus et brachia infixerunt, D
itemque in eius pedes, et eius ungulos avulse-
runt. Dixit ei iudex : « Martyr, surge ; diis nos-
tris sacrificia. Parce tibimet ipsi, atque festum *promissa*,
magnum agemus, et curabimus ut decumbas in
primo solio regni nostri. Sin minus variis tor-
mentis tibi vitam adempturus sum. » Respondit
domnus Martyrianus et dixit ei (1) : « Spes mea
in eo posita est, cuius causa morior ; qui te deos-
que tuos manufactos igne abrasurus est, qui
oculis suis non vident, neque audiunt auribus *Psalm. 113,*
suis. Quando autem igne illo probabuntur, in-
tellegent omnes qui adorationem illis deferunt,
se cum illis igne cruciatum iri. Ego vero manu-
factis operibus adorationem nequaquam tribuo ;
et vitam huius mundi eiusque bona nihili facio ;
nam vita mea Christus est, qui ipse per se nos a *Phili. 1,21.*
peccato liberavit. »

62. Quae cum audiisset iudex (2), ira graviter exardescens, forcipes afferrari iussit, quibus dentes eius molares et praeccisivas avulserunt. Et dixit ei : « Veniat nunc Christus, qui est gloria tua, teque e manibus eripiat. » Dixit illi sanctus : « Qui pepercit iis qui clavos in manibus pedibusque eius infixerant eorum iudicium sanguinisque sui ultionem usque ad diem resurrectionis distulit, idem a te poenas sumet dolorum quibus me nunc afficias innocentem. » Haec ut eum fantem audivit, dixit ei (iudex) : « Christum eiura, ne te ipse interimas variis cruciatibus. » Dixit illi dominus Martyrianus : « Haec mors quam exspecto, utinam manibus tuis cito perficiatur. »

63. Dixit ei index : « Quandoquidem Christus gloria tua est et cruciatus superbiorem te faciunt, ostendam tibi quomodo te necaturus sim. » Et iussit affiri duas trabes, quas in terram ambas ex adverso infixit. Adduxerunt sanctum eiusque manus ad singulas earum extenderunt ; corporis indumentum ab eo detraxerunt, duosque homines prope illum constituerunt, qui corpus eius loris caedebant durioribus quam columnas ferreae, donec tota eius caro tabefacta difflixit (3). Quotiens autem illi (homines) fatigati erant, alios iis sufficiebat. Porro dominus Mar-

61. — ¹ prius: ~~ans.~~

٦٢ — ١

(1) Responsum martyris aliter exhibit P.—
(2) Hanc paragraphum omittit P. — (3) (*duos homines*) qui *eum nervis tauri crudis flagella-*

63. —¹ *வூ.* —² *வூ.* — addit. man. rec.
supra lin.

bant; et ceciderunt eum donec costarum eius radices apparuerunt P; reliqua brevius.

VITA

66. — ^۱ مسح. — ^۲ Dehinc P: $\text{۵۵۵} \text{ هـ} \times \text{۳۰} \text{ مـ} = \text{۱۶۶۵۰ \text{ مـ}^۲$. ملکه احمدی و عوستاده و عوسمان و عصمه و عصمه و عصمه و عصمه. این ^۳ reliqua desiderantur.

(1) Reliqua paucioribus verbis eadem in P. —
(2) P sic perorat: *Memoria eius in benedictione, atque eius oratio munimentum sit et verba*

66. Dominus autem Romanus (1) et coetus qui cum eo congregati erant, cum delatam e caelo coronam et in illius caput impositam vidissent, Deum laudarunt, qui victoriam coronamque illi dederat. Huius corpus elatum composuerunt cum summa reverentia. Et ecce nunc praesidium fert iis omnibus qui ad id configunt cum sincera fide. Coronatio eius contigit die decimo (mensis) trevis posterioris (2); multaque perpessus ex hoc mundo migravit coronam ferens victoriarum suarum, ad splendidam caeli mansionem. Oratu domini Martyriani misericordia terram complectatur et eos qui frequentes convenerunt ad honorandam diem illius commemorationis. Dignos habeat eos Dominus, qui molestiarum suarum remedia obtineant; eorum ulcerata Deus sanet, corpora confirmet, sedibus eorum annontam impertiat, atque benedictiones copiosas | ...

Martyriani
triumphus

*et gloria
postuma.*

E

DE S. DANIELE

TEMPORE
INCERTO

MONACHO IN PERSIDE

P, P,

1

COMMENTARIUS PRAEVIOUS

F

*Ignoti
huius
Danielis*

1. Si minus corrupta esset historia quae ad hunc diem in synaxario habessinico exscripta est, forsitan sciremus quis fuerit et quando vixerit, aut vixisse putatus sit iste Daniel, qui Persarum regem ab insanibili morbo curaverit, eumque ad christianam fidem converterit. Sed in evanida narratiuncula, cuius omnes notiae propriae penitus oblitteratae fuerint, ne conjectura quidem sine temeritate potest astrui. Non pauci thaumaturgi nomine Daniel, in Syrorum praesertim litteris hagiographicis occurrunt, quos omnes singillatim recensere longius est quam utilius. Primus memoriae se ingredit Daniel Medicus, S. Eugenii discipulus, cuius exstat Vita syriaca inanibus commentis referita (1). Hic, si umquam exs:ituisse credendum

est, floruit regnante Sapore II, in provincia Beth Nuhadra, ubi regulum pagi Tell Haš, cum eius aula et populo baptizavit (2). Sed miracula quibus id perivicit nihil commune habent cum narratione de qua nunc queratur. In historia coenobii Qartamin, in Turabdini finibus, quod dimidiat circiter saeculo V conditum ferunt, inter primos monachos Daniels duo nominantur, quorum prior in flumine Tigri ambulavit cum ad Corduenam proficeretur (3), alter vero, qui coenobii episcopus factus est, in Slibiae martyrologio ad diem 9 decembris inscriptus est (4). Num alteruter ex duobus istis Vita aut encomio sit ornatus, quod habessinicus synaxarista excerpserit, interrogare prorsus otiousum est. Apud eundem Slibiam, ad

(1) BHO, 244. — (2) P. BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. III (Parisii, 1892), p. 499-502; cf. J. LABOURT, *Le christianisme dans l'empire perse sous la dynastie Sassanide* (Paris, 1904), p. 306-307. — (3) F. NAU, *Notice historique sur le monastère de Qartamit*, in *Actes du XIV^e*

Congrès des orientalistes, t. II (Paris, 1906), p. 84. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXVII, pp. 143, 170. Ferunt in eius consecratione episcopali vocem cæcilius auditam esse quae ter inclamaret: *Dignus et idoneus est.* NAU, op. c., p. 85; *Anal. Boll.*, t. c., p. 170, annot. 1.

diem